

Confessio Augustana

Das Augsburger Bekenntnis (1530)

Lateinischer Text: *Bekennnisschriften der evangelisch-lutherischen Kirche* (1930), Göttingen: Vandenhoeck & Ruprecht, S. 50-137.

Deutscher Text nach *BSLK*

Art. I. De Deo

Ecclesiae magno consensu apud nos docent, decretum Nicaenae synodi de unitate essentiae divinae et de tribus personis verum et sine ulla dubitatione credendum esse, videlicet, quod sit una essentia divina, quae et appellatur et est Deus, aeternus, incorporeus, impartibilis, immensa potentia, sapientia, bonitate, creator et conservator omnium rerum, visibilium et invisibilium; et tamen tres sint personae eiusdem essentiae et potentiae, et coaeternae, pater, filius et spiritus sanctus. Et nomine personae utuntur ea significatione, qua usi sunt in hac causa scriptores ecclesiastici, ut significet non partem aut qualitatem in alio, sed quod proprie subsistit.

Damnant omnes haereses, contra hunc articulum exortas, ut Manichaeos, qui duo principia ponebant, bonum et malum, item Valentinianos, Arianos, Eunomianos, Mahometistas et omnes horum similes. Damnant et Samosatenos, veteres et neotericos, qui, cum tantum unam personam esse contendant, de verbo et de spiritu sancto astute et impie rhetoricantur, quod non sint personae distinctae, sed quod Verbum significet verbum vocale et spiritus motum in rebus creatum.

Art. II. De Peccato Originis

Item docent, quod post lapsum Adae omnes homines, secundum naturam propagati, nascantur cum peccato, hoc est, sine metu Dei, sine fiducia erga Deum et cum concupiscentia, quodque hic morbus seu vitium originis vere sit peccatum, damnans et afferens nunc quoque aeternam mortem his, qui non renascuntur per baptismum et Spiritum Sanctum.

Der 1. Artikel Von Gott

Erstlich wird einträchtig gelehrt und gehalten, laut des Beschlusses des nicaenischen Konzils, daß ein einziges göttliches Wesen sei, welches genannt wird und wahrhaftig ist Gott, und sind doch drei Personen in demselben einen göttlichen Wesen, gleich gewaltig, gleich ewig, ohne Stück, ohne Ende, von unermeßlicher Macht, Weisheit und Güte, ein Schöpfer und Erhalter aller sichtbaren und unsichtbaren Dinge. Und durch das Wort Persona wird nicht verstanden ein Stück, nicht eine Eigenschaft in einem anderen, sondern es besteht selbst, wie denn die Väter in dieser Sache dies Wort gebraucht haben.

Deshalb werden verworfen alle Ketzereien, die diesem Artikel zuwider sind, wie die Manichäer, die zwei Götter gesetzt haben, einen bösen und einen guten, ebenso die Valentinianer, Arianer, Eunomianer, Mahometisten und alle dergleichen, auch Samosatener, alte und neue, die nur eine Person setzen und von diesen zweien, Wort und heiligem Geist, Sophisterei machen und sagen, daß es nicht unterschiedene Personen sein müssen, sondern Wort bedeute leibliches Wort oder Stimme, und der heilige Geist sei eine erschaffene Regung in den Kreaturen.

Der 2. Artikel Von der Erbsünde

Weiter wird bei uns gelehrt, daß nach Adams Fall alle Menschen, die natürlich geboren werden, in Sünden empfangen und geboren werden, das ist, daß sie alle von Mutterleibe an voll böser Lust und Neigung sind und von Natur aus keine wahre Gottesfurcht und keinen wahren Glauben an Gott haben können: daß auch dieselbe angeborene Seuche und Erbsünde wahrhaftig Sünde sei, und alle die unter den ewigen Zorn Gottes verdamme, die nicht durch die Taufe und den heiligen Geist neu geboren werden.

Damnans Pelagianos et alios, qui vitium originis negant esse peccatum et, ut extenuent gloriam meriti et beneficiorum Christi, disputant hominem propriis viribus rationis coram Deo iustificari posse.

Art. III. De Filio Dei

Item docent, quod Verbum, hoc est, Filius Dei, assumpsit humanam naturam in utero beatae Mariae virginis, ut sint duae naturae, divina et humana, in unitate personae inseparabiliter coniunctae, unus Christus, vere Deus et vere homo, natus ex virgine Maria, vere passus, crucifixus, mortuus et sepultus, ut reconciliaret nobis patrem et hostia esset non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

Idem descendit ad inferos et vere resurrexit tertia die, deinde ascendit ad coelos, ut sedeat ad dexteram patris, et perpetuo regnet et dominetur omnibus creaturis, sanctificet credentes in ipsum, misso in corda eorum Spiritu Santo, qui regat, consoletur ac vivificet eos ac defendat adversus diabolum et vim peccati.

Idem Christus palam est rediturus, ut iudicet vivos et mortuos etc. iuxta Symbolum Apostolorum.

Art. IV. De Iustificatione

Item docent, quod homines non possint iustificari coram Deo propriis viribus, meritis aut operibus, sed gratis iustificentur propter Christum per fidem, quum credunt se in gratiam recipi et peccata remitti propter Christum, qui sua morte pro nostris peccatis satisfecit. Hanc fidem imputat Deus pro iustitia coram ipso, Rom. 3 et 4.

Daneben werden verworfen die Pelagianer und andere, die die Erbsünde nicht für Sünde halten, damit sie die Natur fromm machen durch natürliche Kräfte, zu Schmach dem Leiden und Verdienst Christi.

Der 3. Artikel Von dem Sohne Gottes

Ebenso wird gelehrt, daß Gott, der Sohn, sei Mensch geworden, geboren aus der reinen Jungfrau Maria, und daß die zwei Naturen, die göttliche und menschliche, in einer Person, also unzertrennlich vereinigt, ein Christus sind, welcher wahrer Gott und wahrer Mensch ist, wahrhaftig geboren, gelitten, gekreuzigt, gestorben und begraben, daß er ein Opfer wäre, nicht allein für die Erbsünde, sondern auch für alle andere Sünden, und Gottes Zorn versöhnte.

Desgleichen, daß derselbe Christus sei abgestiegen zur Hölle, wahrhaftig am dritten Tage von den Toten auferstanden, aufgefahren in den Himmel, sitzend zur Rechten Gottes, daß er ewig herrsche über alle Kreaturen und regiere, daß er alle, die an ihn glauben, durch den heiligen Geist heilige, reinige, stärke und tröste, ihnen auch Leben und allerlei Gaben und Güter austeile und wider den Teufel und wider die Sünde schütze und beschirme.

Ebenso, daß derselbe Herr Christus endlich wird öffentlich kommen, zu richten die Lebenden und die Toten, etc. nach dem Apostolischen Glaubensbekenntnis.

Der 4. Artikel Von der Rechtfertigung

Weiter wird gelehrt, daß wir Vergebung der Sünden und Gerechtigkeit vor Gott nicht erlangen mögen durch unser Verdienst, Werk und Genuß, sondern daß wir Vergebung der Sünden bekommen und vor Gott gerecht werden aus Gnaden um Christi willen durch den Glauben, so wir glauben, daß Christus für uns gelitten hat, und daß uns um seinetwillen

die Sünde vergeben und Gerechtigkeit und ewiges Leben geschenkt wird. Denn diesen Glauben will Gott für Gerechtigkeit vor ihm halten und zurechnen, wie St. Paulus sagt. Röm. 3 und 4.

**Art. V.
De Ministerio Ecclesiastico**

Ut hanc fidem consequamur, institutum est ministerium docendi evangelii et porrigendi sacramenta. Nam per Verbum et sacramenta tamquam per instrumenta donatur Spiritus Sanctus, qui fidem efficit, ubi et quando visum est Deo, in iis, qui audiunt evangelium, scilicet quod Deus non propter nostra merita, sed propter Christum iustificet hos, qui credunt se propter Christum in gratiam recipi.

Damnant Anabaptistas et alios, qui sentiunt Spiritum Sanctum contingere sine Verbo externo hominibus per ipsorum praeparationes et opera.

**Art. VI.
De Nova Obedientia**

Item docent, quod fides illa debeat bonos fructus parere, et quod oporteat bona opera mandata a Deo facere propter voluntatem Dei, non ut confidamus per ea opera iustificationem coram Deo mereri. Nam remissio peccatorum et iustificatio fide apprehenditur, sicut testatur et vox Christi Luc. 17, 10: Quum feceristis haec omnia, dicite: Servi inutiles sumus. Idem docent et veteres scriptores ecclesiastici. Ambrosius enim inquit: Hoc constitutum est a Deo, ut, qui credit in Christum, salvus sit sine opere, sola fide gratis accipiens remissionem peccatorum.

**Der 5. Artikel
Vom Predigtamt**

Solchen Glauben zu erlangen hat Gott das Predigtamt eingesetzt, Evangelium und Sakramente gegeben, dadurch er, als durch Mittel, den heiligen Geist gibt, welcher den Glauben, wo und wann er will, in denen, die das Evangelium hören, wirkt, welches lehrt, daß wir durch Christi Verdienst, nicht durch unser Verdienst, einen gnädigen Gott haben, so wir solches glauben.

Und es werden verdammt die Wiedertäufer und andere, die lehren, daß wir ohne das leibliche Wort des Evangeliums den heiligen Geist durch eigene Bereitung, Gedanken und Werke erlangen.

**Der 6. Artikel
Vom neuen Gehorsam**

Auch wird gelehrt, daß solcher Glaube gute Früchte und gute Werke bringen soll, und daß man müsse gute Werke tun, alles, was Gott geboten hat, um Gottes willen, doch nicht auf solche Werke zu vertrauen, um dadurch Gnade vor Gott zu verdienen. Denn wir empfangen Vergebung der Sünde und Gerechtigkeit durch den Glauben an Christus, wie Christus selbst spricht Luk. 17: „So ihr dies alles getan habt, sollt ihr sprechen: wir sind untüchtige Knechte.“ Also lehren auch die Väter. Denn Ambrosius spricht: Also ist es beschlossen bei Gott, daß, wer an Christus glaubt, selig sei und nicht durch Werke, sondern allein durch den Glauben, ohne Verdienst, Vergebung der Sünden habe.

Art. VII. De Ecclesia

Item docent, quod una sancta ecclesia perpetuo mansura sit. Est autem ecclesia congregatio sanctorum, in qua evangelium recte docetur et recte administrantur sacramenta.

Et ad veram unitatem ecclesiae satis est consentire de doctrina evangelii et administratione sacramentorum. Nec necesse est ubique esse similes traditiones humanas, seu ritus aut ceremonias ab hominibus institutas. Sicut inquit Paulus: Una fides, unum baptisma, unus Deus et pater omnium etc.

Art. VIII. Quid sit Ecclesia

Quamquam ecclesia proprie sit congregatio sanctorum et vere credentium, tamen, quum in hac vita multi hypocritae et mali admixti sint, licet uti sacramentis, quae per malos administrantur, iuxta vocem Christi: Sedent scribe et Pharisei in cathedra Mosis etc. Et sacramenta et Verbum propter ordinationem et mandatum Christi sunt efficacia, etiamsi per malos exhibeantur.

Damnant Donatistas et similes, qui negabant licere uti ministerio malorum in ecclesia, et sentiebant ministerium malorum inutile et inefficax esse.

Der 7. Artikel Von der Kirche

Es wird auch gelehrt, daß alle Zeit müsse eine heilige christliche Kirche sein und bleiben, welche ist die Versammlung aller Gläubigen, bei welchen das Evangelium rein gepredigt und die heiligen Sakramente dem Evangelium gemäß gereicht werden.

Denn dieses ist genug zu wahrer Einigkeit der christlichen Kirche, daß da einträchtig nach reinem Verstand das Evangelium gepredigt und die Sakramente dem göttlichen Wort gemäß gereicht werden. Und es ist nicht nötig zu wahrer Einigkeit der christlichen Kirche, daß allenthalben gleichförmige Zeremonien, von den Menschen eingesetzt, gehalten werden, wie Paulus spricht Eph. 4: „Ein Leib, ein Geist, wie ihr berufen seid zu einerlei Hoffnung eures Berufs, ein Herr, ein Glaube, eine Taufe.“

Der 8. Artikel Was die Kirche sei

Ebenso, wiewohl die christliche Kirche eigentlich nichts anders ist als die Versammlung aller Gläubigen und Heiligen, jedoch, weil in diesem Leben viele falsche Christen und Heuchler, auch öffentliche Sünder unter den Frommen bleiben, so sind die Sakramente gleichwohl kräftig, obschon die Priester, von denen sie gereicht werden, nicht fromm sind, wie denn Christus selbst anzeigt: Auf dem Stuhl des Mose sitzen die Phariseer etc.

Deshalb werden die Donatisten und alle anderen verdammt, die es anders halten.

**Art. IX.
De Baptismo**

De baptismo docent, quod sit necessarius ad salutem, quodque per baptismum offeratur gratia Dei, et quod pueri sint baptizandi, qui per baptismum obliti Deo recipiantur in gratiam Dei.

Damnant Anabaptistas, qui improbant baptismum puerorum ac affirmant pueros sine baptismo salvos fieri.

**Art. X.
De Coena Domini**

De coena Domini docent, quod corpus et sanguis Christi vere adsint et distribuantur vescentibus in coena Domini; et improbant secus docentes.

**Art. XI.
De Confessione**

De confessione docent, quod absolutio privata in ecclesiis retinenda sit, quamquam in confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio. Est enim impossibilis iuxta Psalmum 19, 13: Delicta quis intelligit?

**Art. XII.
De Poenitentia**

De poenitentia docent, quod lapsis post baptismum contingere possit remissio peccatorum quocumque tempore, quum convertuntur, et quod ecclesia talibus redeuntibus ad poenitentiam absolutionem impertiri debeat. Constat autem poenitentia proprie his duabus partibus. Altera est contritio seu terrores incussi conscientiae agnito peccato; altera est fides, quae concipitur ex evangelio seu absolutione, et credit propter Christum remitti peccata, et consolatur conscientiam et ex terroribus liberat.

**Der 9. Artikel
Von der Taufe**

Von der Taufe wird gelehrt, daß sie nötig sei und daß dadurch Gnade angeboten werde, daß man auch die Kinder taufen soll, welche durch solche Taufe Gott überantwortet und gefällig werden.

Deshalb werden die Wiedertauffer verworfen, welche lehren, daß die Kindertaufe nicht recht sei.

**Der 10. Artikel
Vom heiligen Abendmahl**

Vom Abendmahl des Herrn wird also gelehrt, daß wahrer Leib und Blut Christi wahrhaftig unter der Gestalt des Brots und des Weins im Abendmahl gegenwärtig sei und da ausgeteilt und genommen wird. Deshalb wird auch die Gegenlehre verworfen.

**Der 11. Artikel
Von der Beichte**

Von der Beichte wird gelehrt, daß man in der Kirche die private Absolution erhalten und nicht fallen lassen soll, wiewohl es in der Beichte nicht nötig ist, alle Missetat und Sünden zu erzählen, weil doch solches nicht möglich ist. Psalm 19,13: Wer kennt die Missetat?

**Der 12. Artikel
Von der Buße**

Von der Buße wird gelehrt, daß diejenigen, die nach der Taufe gesündigt haben, zu aller Zeit, so sie zur Buße kommen, Vergebung der Sünden erlangen mögen, und ihnen die Absolution von der Kirche nicht geweigert werden soll. Und wahre rechte Buße ist eigentlich Reue und Leid oder Schrecken haben über die Sünde, und doch daneben glauben an das Evangelium und die Absolution, daß die Sünde vergeben und durch Christus Gnade erworben sei, welcher Glaube wiederum das Herz tröstet und zufrieden macht.

Deinde sequi debent bona opera, quae sunt fructus poenitentiae.

Damnans Anabaptistas, qui negant semel iustificatos posse amittere Spiritum Sanctum; item, qui contendunt, quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint.

Damnans et Novatiani, qui volebant absolvere lapsos, post baptismum redeuntes ad poenitentiam.

Reiiciuntur et isti, qui non docent remissionem peccatorum per fidem contingere, set iubent nos mereri gratiam per satisfactiones nostras.

Art. XIII. De Usu Sacramentorum

De usu sacramentorum docent, quod sacramenta instituta sint, non modo ut sint notae professionis inter homines, sed magis ut sint signa et testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam et confirmandam fidem in his, qui utuntur, proposita. Itaque utendum est sacramentis ita, ut fides accedat, quae credat promissionibus, quae per sacramenta exhibentur et ostenduntur. Damnans igitur illos, qui docent, quod sacramenta ex opere operato iustificent, nec docent fidem requiri in usu sacramentorum, quae credat remitti peccata.

Art. XIV. De Ordine Ecclesiastico

De ordine ecclesiastico docent, quod nemo debeat in ecclesia publice docere aut sacramenta administrare, nisi rite vocatus.

Art. XV. De Ritibus Ecclesiasticis

De ritibus ecclesiasticis docent, quod ritus illi servandi sint, qui sine peccato servari possunt et prosunt ad tranquillitatem et bonum ordinem in ecclesia, sicut certae feriae, festa et similia.

Danach soll auch Besserung folgen, und daß man von Sünden lasse; denn dies sollen die Früchte der Buße sein wie Johannes spricht Matth. 3: „Wirket rechtschaffene Frucht der Buße.“

Hier werden verworfen die, die lehren, daß diejenigen, die einst fromm geworden sind, nicht wieder fallen mögen.

Auch werden die Novatianer verdammt, welche die Absolution denen, die nach der Taufe gesündigt hatten, verweigerten.

Auch werden die verworfen, die nicht lehren, daß man durch Glauben Vergebung der Sünde erlange, sondern durch unser Genugthun.

Der 13. Artikel Vom Gebrauch der Sakramente

Vom Gebrauch der Sakramenten wird gelehrt, daß die Sakramente eingesetzt sind nicht allein darum, daß sie Zeichen sein, dabei man äußerlich die Christen kennen möge, sondern daß es Zeichen und Zeugnis sind göttlichen Willens gegen uns, unsern Glauben dadurch zu erwecken und zu stärken, derhalben sie auch Glauben fordern und dann recht gebraucht werden, so man sie im Glauben empfängt und den Glauben dadurch stärkt.

Der 14. Artikel Vom Kirchenregiment

Vom Kirchenregiment wird gelehrt, daß niemand in der Kirche öffentlich lehren, predigen oder die Sakramente reichen soll ohne ordentliche Berufung.

Der 15. Artikel Von Kirchenordnungen

Von Kirchenordnungen, von Menschen gemacht, lehrt man diejenigen zu halten, die ohne Sünde gehalten werden mögen und dem Frieden und guter Ordnung in der Kirchen dienen, als gewisse Feiern, Feste und dergleichen.

De talibus rebus tamen admonentur homines, ne conscientiae onerentur, tamquam talis cultus ad salutem necessarius sit.

Admonentur etiam, quod traditiones humanae institutae ad placandum Deum, ad promerendam gratiam et satisfaciendum pro peccatis adversentur evangelio et doctrinae fidei; quare vota et traditiones de cibis et diebus etc. institutae ad promerendam gratiam et satisfaciendum pro peccatis inutiles sint et contra evangelium.

Art. XVI. De Rebus Civilibus

De rebus civilibus docent, quod legitimae ordinationes civiles sint bona opera Dei, quod Christianis liceat gerere magistratus, exercere iudicia, iudicare res ex imperatoriis et aliis praesentibus legibus, supplicia iure constituere, iure bellare, militare, lege contrahere, tenere proprium, iurare postulantibus magistratibus, ducere uxorem, nubere.

Damnant Anabaptistas, qui interdicunt haec civilia officia christianis. Damnant etiam illos, qui evangelicam perfectionem non collocant in timore Dei et fide, sed in deserendis civilibus officiis, quia evangelium tradit iustitiam aeternam cordis. Interim non dissipat politiam aut oeconomiam, sed maxime postulat conservare tamquam ordinationes Dei et in talibus ordinationibus exercere caritatem.

Itaque necessario debent Christiani oboedire magistratibus suis et legibus; nisi cum iubent peccare, tunc enim magis debent obedire Deo quam hominibus. Actuum 5.

Doch geschieht Unterricht dabei, daß man die Gewissen nicht damit beschweren soll, so als seien solche Dinge nötig zur Seligkeit.

Darüber wird gelehrt, daß alle Satzungen und Traditionen, die von Menschen dazu gemacht sind, daß man dadurch Gott versöhne und Gnade verdiene, dem Evangelium und der Lehre vom Glauben an Christum entgegen sind; deshalb sind Klostergelübde und andere Traditionen von Unterscheidung der Speise, Tage usw., dadurch man meint, Gnade zu verdienen und für Sünde genug zu tun, untüchtig und gegen das Evangelium.

Der 16. Artikel Von der Polizei und weltlichem Regiment

Von Polizei und weltlichem Regiment wird gelehrt, daß alle Obrigkeit in der Welt und geordnetes Regiment und Gesetze gute Ordnung, von Gott geschaffen und eingesetzt sind, und daß Christen ohne Sünde im Obrigkeits-, Fürsten- und Richteramt sein mögen, nach kaiserlichen und anderen üblichen Rechten Urteil und Recht zu sprechen, Übeltäter mit dem Schwert zu bestrafen, rechtmäßige Kriege zu führen, zu streiten, zu kaufen und zu verkaufen, aufgelegte Eide zu tun, Eigentum zu haben, ehrlich zu sein etc.

Hier werden diejenigen verdammt, die lehren, daß es christliche Vollkommenheit sei, Haus und Hof, Weib und Kind leiblich verlassen und sich der vorgenannten Stücke zu [ent]äußern; so doch dies allein rechte Vollkommenheit ist: rechte Furcht Gottes und rechter Glaube an Gott. Denn das Evangelium lehrt nicht ein äußerliches, zeitliches, sondern innerliches, ewiges Wesen und Gerechtigkeit des Herzens und stößt weltliches Regiment, Polizei und Ehestand nicht um, sondern will, daß man solches alles halte als wahrhaftige Ordnung, und in solchen Ständen christliche Liebe und rechte gute Werke beweise, ein jeder nach seinem Beruf.

Deshalb sind die Christen schuldig, der Obrigkeit untertan und ihren Geboten gehorsam zu sein in allem, was ohne Sünde geschehen mag. Denn wenn der Obrigkeit Gebot nicht ohne Sünde geschehen mag, soll man Gott mehr gehorsam sein, als den Menschen. Apg. 5.

Art XVII. De Christi Reditu ad Iudicium

Item docent, quod Christus apparebit in consummatione mundi ad iudicandum, et mortuos omnes resuscitabit, piis et electis dabit vitam aeternam et perpetua gaudia, impios autem homines ac diabolos condemnabit, ut sine fine crucientur.

Damnans Anabaptistas, qui sentiunt hominibus damnatis ac diabolis finem poenarum futurum esse.

Damnans et alios, qui nunc spargunt Iudaicas opiniones, quod ante resurrectionem mortuorum pii regnum mundi occupaturi sint, ubique oppressis impiis.

Art XVIII. De Libero Arbitrio.

De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem iustitiam et deligendas res rationi subiectas. Sed non habet vim sine spiritu sancto efficiendae iustitiae Dei seu iustitiae spiritualis, quia animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei; sed haec fit in cordibus, cum per verbum spiritus sanctus concipitur.

Haec totidem verbis dicit Augustinus lib. III. Hypognosticon: Esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem iudicium rationis, non per quod sit idoneum in his, quae ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare aut certe peragere, sed tantum in operibus vitae praesentis, tam bonis quam etiam malis.

Der 17. Artikel Von der Wiederkunft Christi zum Gericht

Auch wird gelehrt, daß unser Herr Jesus Christus am jüngsten Tage kommen wird um zu richten, und alle Toten aufzuerwecken, den Gläubigen und Auserwählten ewiges Leben und ewige Freude zu geben, die gottlosen Menschen aber und die Teufel in die Hölle und ewige Strafe zu verdammen.

Deshalb werden die Wiedertäufer verworfen, die lehren, daß die Teufel und verdamnte Menschen nicht ewige Pein noch Qual haben werden.

Ebenso werden hier auch etliche jüdische Lehren verworfen, die sich jetzt verbreiten, daß vor der Auferstehung der Toten eitel Heilige, Fromme ein weltlich Reich haben und alle Gottlosen vertilgen werden.

Der 18. Artikel Vom freien Willen

Vom freien Willen wird so gelehrt, daß der Mensch in gewissem Maße einen freien Willen habe, äußerlich ehrbar zu leben und zu wählen unter den Dingen, die die Vernunft begreift. Aber ohne Gnade, Hilfe und Wirkung des Heiligen Geistes kann der Mensch Gott nicht gefallen, Gott nicht von Herzen fürchten oder an ihn glauben oder nicht die angeborenen, bösen Lüste aus dem Herzen werfen, sondern dies geschieht durch den Heiligen Geist, der durch Gottes Wort gegeben wird. Denn Paulus spricht in 1. Kor 2: „Der natürliche Mensch vernimmt nichts vom Geist Gottes.“ Und damit man erkennen möge, daß hierin keine Neuigkeit gelehrt wird, so sind das die klaren Worte Augustins vom freien Willen, hier beigefügt aus dem dritten Buch Hypognosticon: „Wir bekennen, daß in allen Menschen ein freier Wille ist, denn sie haben alle natürlich angeborne Vernunft, nicht daß sie etwas vermögen mit Gott zu handeln, wie Gott von Herzen zu lieben, zu fürchten, sondern allein in äußerlichen Werken diese Lebens haben sie Freiheit, Gutes oder Böses zu wählen.

Bonis dico, quae de bono naturae oriuntur, id est, velle laborare in agro, velle manducare et bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, uxorem velle ducere, pecora nutrire, artem discere diversarum rerum bonarum, velle quidquid bonum ad praesentem pertinet vitam. Quae omnia non sine gubernaculo divino subsistunt, immo ex ipso et per ipsum sunt et esse coeperunt. Malis vero dico, ut est velle idolum colere, velle homicidium etc.

[Damnant Pelagianos et alios, qui docent, quod sine Spiritu Sancto solis naturae viribus possimus Deum super omnia diligere, item praecepta Dei facere quoad substantiam actuum. Quamquam enim externa opera aliquo modo efficere natura possit (potest enim continere manus a furto, a caede), tamen interiores motus non potest efficere, ut timorem Dei, fiduciam erga Deum, castitatem, patientiam etc.]

Art XIX. De Causa Peccati

De causa peccati docent, quod, tametsi Deus creat et conservat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, videlicet diaboli et impiorum, quae, non adiuvante Deo, avertit se a Deo, sicut Christus ait Ioh. 8,44: Quum loquitur mendacium, ex se ipso loquitur.

Art. XX. De Bonis Operibus

Falso accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Nam scripta eorum, quae exstant de decem praeceptis, et alia simili argumento testantur, quod utiliter docuerint de omnibus vitae generibus et officiis, quae genera vitae, quae opera in qualibet vocatione Deo placeant. De quibus rebus olim parum docebant concionatores, tantum puerilia et non necessaria opera urgebant, ut certas ferias, certa ieiunia, fraternitates, peregrinationes,

Gut meine ich, was die Natur vermag, wie auf dem Acker zu arbeiten oder nicht, zu essen, zu trinken, zu einem Freund zu gehen oder nicht, ein Kleid an- oder auszuziehen, zu bauen, ein Weib zu nehmen, ein Handwerk zu treiben und dergleichen etwas Nützliches und Gutes zu tun. Welches alles doch ohne Gott nicht ist, noch besteht, sondern alles aus ihm und durch ihn ist. Dagegen kann der Mensch auch Böses nach eigener Wahl vornehmen, wie vor einem Abgott niederzuknieen, einen Totschlag zu tun etc.“

Der 19. Artikel Über die Ursache der Sünde

Von der Ursache der Sünde wird bei uns gelehrt: Wiewohl Gott, der Allmächtige, die ganze Natur geschaffen hat und erhält, so bewirkt doch der verkehrte Wille in allen Bösen und Verächtern Gottes die Sünde, wie es denn der Wille des Teufels und aller Gottlosen ist, der sich, sobald Gott seine Hand abzog, von Gott weg dem Argen zugewandt hat, wie Christus sagt Joh 8: „Der Teufel redet Lügen aus seinem Eigenen.“

Der 20. Artikel Vom Glauben und guten Werken

Den Unseren wird mit Unwahrheit aufgelegt, daß sie gute Werke verbieten. Denn ihre Schriften über die Zehn Gebote und andere beweisen, daß sie von rechten christlichen Ständen und Werken einen guten nützlichen Bericht und Ermahnung hinterlassen haben, davon man vor dieser Zeit wenig gelehrt hat, sondern allermeist in allen Predigten zu kindischen, unnötigen Werken, wie Rosenkränze, Heiligendienst, Mönchwerden, Wallfahrten,

cultus sanctorum, rosaria, monachatum et similia. Haec adversarii nostri admoniti nunc dediscunt, nec perinde praedicant haec inutilia opera ut olim. Incipiunt etiam fidei mentionem facere, de qua olim mirum erat silentium. Docent nos non tantum operibus iustificari, sed coniungunt fidem et opera et dicunt nos fide et operibus iustificari. Quae doctrina tolerabilior est priore, et plus afferre consolationis potest quam vetus ipsorum doctrina.

Cum igitur doctrina de fide, quam oportet in ecclesia praecipuam esse, tamdiu iacuerit ignota, quemadmodum fateri omnes necesse est, de fidei iustitia altissimum silentium fuisse in concionibus, tantum doctrinam operum versatam esse in ecclesiis, nostri de fide sic admonuerunt ecclesias:

Principio, quod opera nostra non possint reconciliare Deum, aut mereri remissionem peccatorum et gratiam et iustificationem, sed hanc tantum fide consequimur, credentes, quod propter Christum recipiamur in gratiam, qui solus positus est mediator et propitiatorum, per quem reconcilietur Pater. Itaque qui confidit operibus se mereri gratiam, is aspernatur Christi meritum et gratiam, et quaerit sine Christo humanis viribus viam ad Deum, quum Christus de se dixerit Ioh. 14, 6: Ego sum via, veritas et vita.

Haec doctrina de fide ubique in Paulo tractatur; Eph. 2, 8: Gratia salvi facti estis per fidem, et hoc non ex vobis, Dei donum est, non ex operibus etc.

Et ne quis cavilletur a nobis novam Pauli interpretationem excogitari, tota haec causa habet testimonia patrum. Nam Augustinus multis voluminibus defendit gratiam et iustitiam fidei contra merita operum. Et similia docet Ambrosius De vocatione gentium et alibi. Sic enim inquit De Vocatione Gentium: Vilesceret redemptio sanguinis Christi, nec misericordiae Dei humanorum operum praerogativa succumberet, si iustificatio, quae fit per gratiam, meritis praecedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset operantis.

Fasten, Feiertage, Bruderschaften etc. angetrieben hat. Solche unnötigen Werke rühmen auch unsere Gegner jetzt nicht mehr so sehr wie vorzeiten. Dazu haben sie auch gelernt, nun vom Glauben zu reden, von dem sie doch vorzeiten gar nichts gepredigt haben. Sie lehren denn nun, daß wir nicht allein aus Werken gerecht werden vor Gott, sondern setzen den Glauben an Christus hinzu und sprechen, daß Glaube und Werke uns vor Gott gerecht machen, welche Lehre etwas mehr Trost bringen mag, als wenn man allein lehrt, auf Werke zu vertrauen.

Weil nun die Lehre vom Glauben, die das Hauptstück im christlichen Wesen ist, lange Zeit - wie man bekennen muß - nicht betrieben worden ist, sondern überall allein die Lehre von den Werken gepredigt wurde, ist von den Unseren folgende Unterrichtung gegeben worden:

Erstlich, daß unsere Werke uns nicht mit Gott versöhnen und uns nicht Gnade erwerben können, sondern das geschieht allein durch den Glauben - wenn man nämlich glaubt, daß uns um Christi willen die Sünden vergeben werden, der allein der Mittler ist, um den Vater zu versöhnen. Wer nun meint, das durch Werke zu erreichen und dadurch Gnade zu verdienen, der verachtet Christus und sucht einen eigenen Weg zu Gott gegen das Evangelium.

Diese Lehre vom Glauben wird deutlich und klar bei Paulus vielerorts vertreten, besonders hier: "Aus Gnade seid ihr selig geworden durch den Glauben, und das nicht aus euch, sondern Gottes Gabe ist es, nicht aus Werken, damit sich niemand rühme" (Eph 2,8) usw.

Daß hierdurch von uns kein neues Verständnis des Glaubens eingeführt worden ist, kann man aus Augustinus beweisen, der diese Sache ausführlich behandelt und ebenfalls lehrt, daß wir durch den Glauben an Christus Gnade erlangen und vor Gott gerecht werden und nicht durch Werke, wie sein ganzes Buch „Über den Geist und den Buchstaben“ beweist.

Quamquam autem haec doctrina contemnitur ab imperitis, tamen experiuntur piae ac pavidae conscientiae plurimum eam consolationis affere, quia conscientiae non possunt reddi tranquillae per ulla opera, sed tantum fide, cum certo statuunt, quod propter Christum habeant placatum Deum, quemadmodum Paulus docet Rom. 5: Iustificati per fidem, pacem habemus apud Deum. Tota haec doctrina ad illud certamen perterrefactae conscientiae referenda est, nec sine illo certamine intelligi potest. Quare male iudicant de ea re homines imperiti et profani, qui christianam iustitiam nihil esse somniant nisi civilem et philosophicam iustitiam.

Olim vexabantur conscientiae doctrina operum, non audiebant ex evangelio consolationem. Quosdam conscientia expulit in desertum, in monasteria, sperantes ibi se gratiam meritorios esse per vitam monasticam. Alii alia excogitaverunt opera ad promerendam gratiam et satisfaciendum pro peccatis. Ideo magnopere fuit opus hanc doctrinam de fide in Christum tradere et renovare, ne deesset consolatio pavidis conscientis, sed scirent, fide in Christum apprehendi gratiam et remissionem peccatorum et iustificationem.

Admonentur etiam homines, quod hic nomen fidei non significet tantum historiae notitiam, qualis est in impiis et diabolo, sed significet fidem, quae credit non tantum historiam, sed etiam effectum historiae, videlicet hunc articulum, remissionem peccatorum, quod videlicet per Christum habeamus gratiam, iustitiam et remissionem peccatorum.

Iam qui scit se per Christum habere propitium Patrem, is vere novit Deum, scit se ei curae esse, invocat eum, denique non est sine Deo, sicut gentes. Nam diaboli et impii non possunt hunc articulum credere, remissionem peccatorum. Ideo Deum tamquam hostem oderunt, non invocant eum, nihil boni ab eo exspectant. Augustinus etiam de fidei nomine hoc modo admonet lectorem et docet in scripturis nomen fidei accipi non pro notitia, qualis est in impiis, sed pro fiducia, quae consolatur et erigit perterrefactas mentes.

Obwohl nun diese Lehre von unkundigen Leuten sehr verachtet wird, so zeigt sich doch, daß sie für schwache und erschrockene Gewissen sehr tröstlich und heilsam ist. Denn das Gewissen kann nicht zu Ruhe und Frieden kommen durch Werke, sondern allein durch Glauben, wenn es bei sich mit Gewißheit schließt, daß es um Christi willen einen gnädigen Gott hat, wie auch Paulus spricht Röm 5: „So wir durch den Glauben gerecht geworden sind, haben wir Ruhe und Frieden vor Gott.“

Diesen Trost hat man vorzeiten nicht getrieben in Predigten, sondern die armen Gewissen auf eigene Werke getrieben, und es sind mancherlei Werke hervorgekommen. Denn etliche hat das Gewissen in die Klöster getrieben in der Hoffnung, daselbst Gnade zu erwerben durch Klosterleben. Etliche haben andere Werke erdacht, um damit Gnade zu verdienen und für Sünde genugsam. Von diesen haben viele erfahren, daß man dadurch nicht zum Frieden gekommen ist. Darum war es notwendig, diese Lehre vom Glauben an Christus zu predigen und fleißig zu treiben, daß man wisse, daß man allein durch Glauben, ohne Verdienst, Gottes Gnade ergreift.

Es geschieht auch Unterricht, daß man hier nicht von solchem Glauben rede, den auch die Teufel und Gottlosen haben, die auch die Historien glauben, daß Christus gelitten habe und auferstanden sei von den Toten, sondern man redet von wahren Glauben, der da glaubt, daß wir durch Christus Gnade und Vergebung der Sünde erlangen.

Wer nun weiß, daß er einen gnädigen Gott durch Christus hat, kennt also Gott, ruft ihn an und ist nicht ohne Gott wie die Heiden. Denn Teufel und Gottlose glauben diesen Artikel, Vergebung der Sünde, nicht; darum sind sie Gott feind, können ihn nicht anrufen und nichts Gutes von ihm hoffen. Und also, wie jetzt angezeigt ist, redet die Schrift vom Glauben, und Glauben heißt nicht ein solches Wissen, das Teufel und gottlose Menschen haben. Denn also wird vom Glauben gelehrt in Hebr. 11, daß Glauben sei nicht allein die Historien zu wissen, sondern Zuversicht zu haben zu Gott, daß er uns gnädig sei, und heiße nicht allein solche Historien wissen, wie auch die Teufel wissen.

Praeterea docent nostri, quod necesse sit bona opera facere, non ut confidamus per ea gratiam mereri, sed propter voluntatem Dei. Tantum fide apprehenditur remissio peccatorum et gratia. Et quia per fidem accipitur spiritus sanctus, iam corda renovantur et induunt novos affectus, ut parere bona opera possint. Sic enim ait Ambrosius: Fides bonae voluntatis et iustae actionis genitrix est. Nam humanae vires sine spiritu sancto plenae sunt impiis affectibus et sunt imbecilliores, quam ut bona opera possint efficere coram Deo. Adhaec sunt in potestate diaboli, qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera; quemadmodum est videre in philosophis, qui et ipsi conati honeste vivere, tamen id non potuerunt efficere, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribus. Talis est imbecillitas hominis, cum est sine fide et sine spiritu sancto et tantum humanis viribus se gubernat.

Hinc facile apparet, hanc doctrinam non esse accusandam, quod bona opera prohibeat, sed multo magis laudandam, quod ostendit, quomodo bona opera facere possimus. Nam sine fide nullo modo potest humana natura primi aut secundi praecepti opera facere. Sine fide non invocatur Deum, nihil a Deo expectat, non tolerat crucem, sed quaerit humana praesidia, confidit humanis praesidiis. Ita regnant in corde omnes cupiditates et humana consilia, cum abest fides et fiducia erga Deum. Quare et Christus dixit: Sine me nihil potestis facere, Ioh. 15. Et ecclesia canit:

Sine tuo numine
nihil est in homine,
nihil est innoxium.

Art. XXI. De Cultu Sanctorum.

De cultu sanctorum docent, quod memoria sanctorum proponi potest, ut imitemur fidem eorum et bona opera iuxta vocationem, ut Caesar imitari potest exemplum David in bello gerendo ad depellendos Turcas a patria. Nam uterque rex est. Sed Scriptura non docet invocare sanctos seu petere auxilium a sanctis, quia unum Christum nobis proponit mediatorem, propitiatorium, pontificem et

Ferner wird gelehrt, daß gute Werke geschehen sollen und müssen, aber nicht, daß man darauf vertraue, durch sie Gnade zu verdienen, sondern um Gottes willen und zu Gottes Lob. Der Glaube ergreift immer nur die Gnade und die Vergebung der Sünden; und weil durch den Glauben der Heilige Geist gegeben wird, darum wird auch das Herz erneuert, gute Werke zu tun. Denn zuvor ist es zu schwach, weil es ohne den Heiligen Geist ist; dazu befindet es sich in der Gewalt des Teufels, der die arme menschliche Natur zu vielen Sünden antreibt, wie wir es an den Philosophen sehen, die versucht haben, ehrlich und unsträflich zu leben; sie haben es aber dennoch nicht erreicht, sondern sind in viele große, offenkundige Sünden gefallen. So geht es mit dem Menschen, der ohne den rechten Glauben und ohne den Heiligen Geist lebt und sich allein aus eigener menschlicher Kraft regiert.

Deshalb ist diese Lehre vom Glauben nicht zu schelten, daß sie gute Werke verbiete, sondern vielmehr zu rühmen, daß sie lehre, gute Werke zu tun, und Hilfe anbiete, wie man zu guten Werken kommen möge. Denn außer dem Glauben und außerhalb von Christus sind menschliche Natur und Vermögen viel zu schwach, gute Werke zu tun, Gott anzurufen, Geduld zu haben im Leiden, den Nächsten zu lieben, befohlene Ämter fleißig auszurichten, gehorsam zu sein, böse Lust zu meiden usw. Solche hohen und rechten Werke können nicht geschehen ohne die Hilfe Christi, wie er selbst sagt Joh 15: "Ohne mich könnt ihr nichts tun."

Der 21. Artikel Vom Dienst der Heiligen

Vom Heiligendienst wird von den Unseren also gelehrt, daß man der Heiligen gedenken soll, damit wir unsern Glauben stärken, so wir sehen, wie ihnen Gnade widerfahren und wie ihnen durch Glauben geholfen ist; dazu daß man ein Beispiel nehme von ihren guten Werken, ein jeder nach seinem Beruf, gleichwie Kaiserliche Majestät seliglich und göttlich dem Exempel Davids folgen mag, Krieg wider

intercessorem. Hic invocandus est et promisit se exauditurum esse preces nostras, et hunc cultum maxime probat, videlicet ut invocetur in omnibus afflictionibus. I.Ioh. 2: Si quis peccat, habemus advocatum apud Deum etc.

Finis

Haec fere summa est doctrinae apud nos, in qua cerni potest nihil inesse, quod discrepet a scripturis, vel ab ecclesia catholica, vel ab ecclesia Romana, quatenus ex scriptoribus nobis nota est. Quod cum ita sit, inclementer iudicant isti, qui nostros pro haereticis haberi postulant. Tota dissensio est de quibusdam abusibus, qui sine certa auctoritate in ecclesias irrepserunt, in quibus etiam, si qua esset dissimilitudo, tamen decebat haec lenitas episcopos, ut propter confessionem, quam modo recensuimus, tolerarent nostros, quia ne canones quidem tam duri sunt, ut eosdem ritus ubique esse postulent, neque similes unquam omnium ecclesiarum ritus fuerunt. Quamquam apud nos magna ex parte veteres ritus diligenter servantur. Falsa enim calumnia est, quod omnes caeremoniae, omnia vetera instituta in ecclesiis nostris aboleantur. Verum publica querela fuit abusus quosdam in vulgaribus ritibus haerere. Hi quia non potereant bona conscientia probari, aliqua ex parte correcti sunt.

vornehmlich über etlichen Traditionen und Mißbräuchen. So denn nun an den Hauptartikeln kein befindlicher Ungrund oder Mangel, und dies unser Bekenntnis göttlich und christlich ist, sollten sich billig die Bischöfe, wenn schon bei uns der Tradition halben ein Mangel wäre, gelinder erzeigen, wiewohl wir hoffen, beständigen Grund und Ursache darzutun, warum bei uns etliche Traditionen und Mißbräuche geändert sind.

den Türken zu fuhren; denn beide sind sie in königlichem Amt, welches Schutz und Schirm ihrer Untertanen fordert.

Durch die Schrift aber mag man nicht beweisen, daß man die Heiligen anrufen oder Hilfe bei ihnen suchen soll. „Denn es ist allein ein einiger Versöhner und Mittler gesetzt zwischen Gott und den Menschen, Jesus Christus“, I.Timoth. 2, welcher ist der einzige Heiland, der einzige Hohepriester, Gnadenstuhl und Fürsprecher vor Gott, Röm. 8. Und der hat allein zugesagt, daß er unser Gebet erhören wolle. Das ist auch der höchste Gottesdienst nach der Schrift, daß man denselben Jesus Christus in allen Nöten und Anliegen von Herzen suche und anrufe: „So jemand sündigt, haben wir einen Fürsprecher bei Gott, der gerecht ist, Jesum etc.“

Schluß des 1. Teils

Dies ist fast die Summe der Lehre, welche in unseren Kirchen zu rechtem christlichen Unterrichts und Trost der Gewissen, auch zur Besserung der Gläubigen gepredigt und gelehrt ist; wie wir denn unsere eigene Seele und Gewissen je nicht gern vor Gott mit Mißbrauch des göttlichen Namens oder Wortes in die höchste größte Gefahr bringen oder auf unsere Kinder und Nachkommen eine andere Lehre, als die dem reinen göttlichen Wort und christlicher Wahrheit gemäß ist, fallen lassen oder vererben wollten. So denn dieselbe in heiliger Schrift klar gegründet und dazu der allgemeinen christlichen, ja auch der römischen Kirche, so viel aus der Väter Schriften zu vermerken ist, nicht zuwider noch entgegen ist, so achten wir auch, unsere Widersacher können in den oben angezeigten Artikeln nicht uneinig mit uns sein. Deshalb handeln diejenigen ganz unfreundlich, vorschnell und gegen alle christliche Einigkeit und Liebe, die vornehmen, die Unseren deshalb als Ketzer abzuweisen, zu verwerfen und zu meiden, selbst ohne beständigen Grund göttlicher Gebote oder Schrift. Denn Irrung und Zank sind

**Pars II:
Articuli, In Quibus Recensentur Abusus Mutati.**

Cum ecclesiae apud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab ecclesia catholica, tantum paucos quosdam abusus omittant, qui novi sunt et contra voluntatem canonum vitio temporum recepti, rogamus, ut Caesarea Maiestas clementer audiat, et quid sit mutatum et quae fuerint causae, quominus coactus sit populus illos abusus contra conscientiam observare. Nec habeat fidem Caesarea Maiestas istis, qui ut inflamment odia hominum adversus nostros, miras calumnias spargunt in populum. Hoc modo irritatis animis bonorum virorum initio praebuerunt occasionem huic dissidio, et eadem arte nunc conantur augere discordias. Nam Caesarea Maiestas haud dubie comperiet tolerabiliorem esse formam et doctrinae et caerimoniarum apud nos, quam qualem homines iniqui et malevoli decribunt. Neque veritas ex vulgi rumoribus aut maledictis inimicorum colligi non potest. Facile autem hoc iudicari potest, nihil magis prodesse ad dignitatem caerimoniarum conservandam et alendam reverentiam ac pietatem in populo, quam si caerimoniae rite fiant in ecclesiis.

**Art. XXII.
De Utraque Specie**

Laicis datur utraque species sacramenti in coena Domini, quia hic mos habet mandatum Domini Matth. 26: Bibite ex hoc omnes. Ubi manifeste praecipit Christus de poculo, ut omnes bibant.

Et ne quis possit cavillari, quod hoc ad sacerdotes tantum pertineat, Paulus ad Corinthios exemplum recitat, in quo apparet totam ecclesiam utraque specie usam esse. Et diu mansit hic mos in ecclesia, nec constat, quando aut quo auctore mutatus sit, tametsi cardinalis Cusanus recitet, quando sit approbatus. Cyprianus aliquot locis testatur sanguinem populo datum esse.

**2. Teil
Artikel, bei denen Uneinigkeit ist, in denen die Mißbräuche, die geändert worden sind, beschrieben werden.**

So nun von den Artikeln des Glaubens in unseren Kirchen nicht gelehrt wird gegen die heilige Schrift oder allgemeine christliche Kirchen, sondern allein etliche Mißbräuche geändert sind, welche zum Teil mit der Zeit selbst eingerissen, zum Teil mit Gewalt aufgerichtet sind, erfordert es unsere Not, diese zu benennen und die Ursache anzuzeigen, warum hierin Änderungen geduldet sind, damit Kaiserliche Majestät erkennen mögen, daß wir hierin nicht unchristlich oder freventlich gehandelt haben, sondern daß wir durch Gottes Gebot, welches billig höher zu achten als alle Gewohnheit, gedrungen sind, um solche Änderung zu gestatten.

**Der 22. Artikel
Von beider Gestalt des Sacraments**

Den Laien wird bei uns beide Gestalt des Sacraments gereicht aus dieser Ursache. Denn dies ist ein klarer Befehl und Gebot Christi, Matth. 26: „Trinket alle daraus.“ Da gebietet Christus mit klaren Worten von dem Kelch, daß sie alle daraus trinken sollen.

Und damit niemand diese Worte anfechten und glossieren kann, als gehöre es den Priestern allein zu, so zeigt Paulus 1. Kor. 11 an, daß die ganze Versammlung der Korintherkirche beide Gestalten gebraucht hat. Und dieser Brauch ist lange Zeit in der Kirche geblieben, wie man durch die Historien und der Väter Schriften beweisen kann. Cyprianus gedenket an vielen Orten, daß den Laien der Kelch die Zeit gereicht sei.

Idem testatur Hieronymus, qui ait: Sacerdotes eucharistiae ministrant et sanguinem Christi populis dividunt. Imo Gelasius Papa mandat, ne dividatur sacramentum, Dist. 2. de consecratione, c. Comperimus. Tantum consuetudo non ita vetus aliud habet. Constat autem, quod consuetudo contra mandata Dei introducta non sit probanda, ut testantur canones, dist. 8. c. Veritate, cum sequentibus. Haec vero consuetudo non solum contra scripturam, sed etiam contra veteres canones et exemplum ecclesiae recepta est. Quare si qui maluerunt utraque specie sacramenti uti, non fuerunt cogendi, ut aliter facerent cum offensione conscientiae. Et quia divisio sacramenti non convenit cum institutione Christi, solet apud nos omitti processio, quae hactenus fieri solita est.

Art. XXIII. De Coniugio Sacerdotum.

Publica querela fuit de exemplis sacerdotum, qui non continebant. Quam ob causam et Pius papa dixisse fertur, fuisse aliquas causas, cur ademptum sit sacerdotibus coniugium, sed multo maiores esse causas, cur reddi debeat. Sic enim scribit Platina. Cum igitur sacerdotes apud nos publica illa scandala vitare vellent, duxerunt uxores ac docuerunt, quod liceat ipsis contrahere matrimonium. Primum, quia Paulus dicit: Unusquisque habeat uxorem suam propter fornicationem. Item: melius est nubere, quam uri. Secundo, Christus inquit: Non omnes capiunt verbum hoc; ubi docet non omnes homines ad caelibatum idoneos esse, quia deus creavit hominem ad procreationem, Genes. 1. Nec est humanae potestatis, sine singulari dono et opere Dei creationem mutare. Igitur qui non sunt idonei ad caelibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum Dei et ordinationem dei nulla lex humana, nullum votum tollere potest. Ex his causis docent sacerdotes sibi licuisse uxores ducere.

So spricht Sankt Hieronymus, daß die Priester, die das Sakrament reichen, dem Volk das Blut Christi austheilen. So gebietet Gelasius, der Papst selbst, daß man das Sakrament nicht theilen solle. Distinct. 2. De consecratione cap. Comperimus. Man findet auch nirgends einen Canon, der da gebiete, eine Gestalt allein zu nehmen. Es kann auch niemand wissen, wann oder durch welche diese Gewohnheit, nur eine Gestalt zu nehmen, eingeführt sei, wiewohl der Kardinal Cusanus gedenkt, wann diese Weise approbiert sei. Nun ist offenbar, daß solche Gewohnheit, gegen Gottes Gebot, auch gegen die alten Canones eingeführt, unrecht ist. Deshalb hat sich nicht gebührt, die Gewissen derjenigen, die das heilige Sakrament nach Christi Einsetzung zu gebrauchen begehrt haben, zu beschweren, und zu zwingen, gegen unseres Herrn Christi Ordnung zu handeln. Und weil die Teilung des Sakraments der Einsetzung Christi entgegen ist, wird auch bei uns die gewöhnliche Prozession mit dem Sakrament unterlassen.

Der 23. Artikel Vom Ehestand der Priester

Es ist bei jedermann, hohen und niederen Standes, eine große mächtige Klage in der Welt gewesen von großer Unzucht und wildem Wesen und Leben der Priester, die nicht vermochten, Keuschheit zu halten, und es war auch je mit solchen greulichen Lastern aufs Höchste gekommen. So viel häßliches großes Ärgernis, Ehebruch und andere Unzucht zu vermeiden, haben sich etliche Priester bei uns in den ehelichen Stand begeben. Dieselben zeigen diese Ursache an, daß sie dahin gedrungen und bewegt seien aus hoher Not ihrer Gewissen, nachdem die Schrift klar meldet, der eheliche Stand sei von Gott dem Herrn eingesetzt, Unzucht zu vermeiden, wie Paulus sagt: „Die Unzucht zu vermeiden habe ein jeglicher sein eigenes Eheweib“; ebenso: „Es ist besser, ehelich werden denn brennen.“ Und nachdem Christus sagt Matth. 19: „Sie fassen nicht alle das Wort“, da zeigt Christus an, welcher wohl gewußt, was am Menschen sei, daß wenige Leute die Gabe haben, keusch zu leben. „Denn Gott hat den Menschen als Mann und als Frau geschaffen“, Genesis 1.

Ob es nun in menschlicher Macht oder Vermögen sei, ohne besondere Gabe und Gnade Gottes, durch eigenes Vornehmen oder Gelübde, Gottes, der hohen Majestät, Geschöpf besser zu machen oder zu ändern, hat die Erfahrung allzu klar ergeben. Denn was an gutem, ehrbarem, züchtigem Leben, was an christlichem, ehrlichem oder redlichem Wandel bei vielen daraus erfolgt ist, wie greuliche, schreckliche Unruhe und Qual ihrer Gewissen deshalb viele an ihrem letzten Ende hatten, ist am Tag, und ihrer viele haben es selbst bekannt. So denn Gottes Wort und Gebot durch kein menschliches Gelübde oder Gesetz geändert werden mag, haben aus diesen und anderen Ursachen und Gründen die Priester und andere Geistliche Eheweiber genommen.

Constat etiam in ecclesia veteri sacerdotes fuisse maritos. Nam et Paulus ait, episcopum eligendum esse, qui sit maritus. Et in Germania primum ante annos quadringentos sacerdotes vi coacti sunt ad caelibatum, qui quidem adeo adversati sunt, ut archiepiscopus Moguntinus, publicaturus edictum Romani pontificis de ea re, paene ab iratis sacerdotibus per tumultum oppressus sit. Et res gesta est tam incivilliter, ut non solum imposterum coniugia prohiberentur, sed etiam praesentia, contra omnia iura divina et humana, contra ipsos etiam canones, factos non solum a Pontificibus, sed a laudatissimis synodis, distraherentur.

die künftige Ehe den Priestern verboten, sondern auch derjenigen Ehe zerrissen, die schon in dem Stand lang gewesen, was doch nicht allein gegen alle göttlichen, natürlichen und weltlichen Rechte ist, sondern auch gegen die kanonischen Rechte, die die Päpste selbst gemacht haben, und den berühmtesten Konzilien ganz entgegen und zuwider ist.

Auch ist bei vielen hohen, gottesfürchtigen, verständigen Leuten dergleichen Rede und Bedenken oft gehört worden, daß solcher erzwungener Zölibat und Beraubung des Ehestandes, welchen Gott selbst eingesetzt und frei gelassen, nie etwas Gutes, sondern viele große böse Laster und viel Arges eingeführt habe. Es hat auch einer von den Päpsten, Pius II., wie seine Historie anzeigt, diese Worte oft geredet und von sich schreiben lassen: Es möge wohl etliche Ursachen haben, warum den Geistlichen die Ehe verboten sei; es habe aber viele hohe, große und wichtige Ursachen, warum man ihnen die Ehe wieder frei lassen solle. Ohne Zweifel, es hat Papst Pius als ein verständiger, weiser Mann dies Wort aus großem Bedenken geredet.

Et cum senescente mundo paulatim natura humana fiat imbecillior, convenit prospicere, ne plura vitia serpant in Germaniam. Porro deus instituit coniugium, ut esset remedium humanae infirmitatis. Ipsi canones veterem rigorem interdum posterioribus temporibus propter imbecillitatem hominum laxandum esse dicunt. Quod optandum est, ut fiat et in hoc negotio. Ac videntur ecclesiis aliquando defuturi pastores, si diutius prohibeatur coniugium.

So ist es auch aus den Historien und der Väter Schriften zu beweisen, daß in der christlichen Kirchen vor alters her der Gebrauch gewesen, daß die Priester und Diakone Eheweiber hatten. Darum sagt Paulus 1. Tim. 3: „Es soll ein Bischof unsträflich sein, eines Weibes Mann.“ Es sind auch in deutschen Landen erst vor vierhundert Jahren die Priester zum Gelübde der Keuschheit vom Ehestand mit Gewalt abgehalten worden, welche sich dagegen sämtlich, auch so ganz ernstlich und hart gesetzt haben, daß ein Erzbischof zu Mainz, welcher das päpstliche neue Edikt deshalb verkündigt, gar nahe in einer Empörung der ganzen Priesterschaft in einem Gedränge umgebracht worden wäre. Und daßelbe Verbot ist bald im Anfange so geschwind und unschicklich vorgenommen, daß der Papst die Zeit nicht allein

Deshalb wollen wir uns in Untertänigkeit zu Kaiserlicher Majestät verträsten, daß ihre Majestät als ein christlicher hochlöblicher Kaiser gnädig beherzigen werden, daß jetzt in letzten Zeiten und Tagen, von welchen die Schrift meldet, die Welt immer ärger und die Menschen gebrechlicher und schwächer werden.

Deshalb ist es wohl hochnötig, nützlich und christlich, diese fleißige Einsehung zu tun, damit, wo der Ehestand verboten, nicht ärger

und schändlicher Unzucht und Laster in deutschen Landen möchten einreißen. Dann es wird je diese Sachen niemand weiser oder besser ändern oder machen können als Gott selbst, welcher den Ehestand eingesetzt hat, um menschlicher Gebrechlichkeit zu helfen und Unzucht zu wehren. So sagen die alten Canones auch, man müsse zu Zeiten die Schärfe und Strenge lindern und nachlassen, um menschlicher Schwachheit willen und um Ärgeres zu verhüten und zu meiden. Nun wäre das in diesem Falle auch wohl christlich und ganz hoch vonnöten. Was kann auch der Ehestand der Priester und Geistlichen der allgemeinen christlichen Kirche nachteilig sein, besonders der Pfarrer und anderer, die der Kirche dienen sollen? Es wird wohl künftig an Priestern und Pfarrern mangeln, wenn dieses harte Verbot des Ehestands länger währen sollte.

Cum autem exstet mandatum Dei, cum mos ecclesiae notus sit, cum impurus coelibatus plurima pariat scandala, adulteria et alia scelera digna animadversione boni magistratus: tamen mirum est nulla in re maiorem exerceri saevitiam quam adversus coniugium sacerdotum. Deus praecipit honore afficere coniugium; leges in omnibus rebus publicis bene constitutis, etiam apud ethnicos, maximis honoribus ornaverunt. At nunc capitalibus poenis excruciantur, et quidem sacerdotes, contra canonum voluntatem, nullam aliam ob causam nisi propter coniugium. Paulus vocat doctrinam daemoniorum, quae prohibet coniugium, 1 Timoth. 4. Id facile nunc intelligi potest, cum talibus suppliciis prohibitio coniugii defenditur.

So ist auch der Ehestand in kaiserlichen Rechten und in allen Monarchien, wo je Gesetze und Rechte gewesen, hoch gelobt. Allein zu dieser Zeit beginnt man die Leute unschuldig, allein um der Ehe willen, zu martern, und dazu Priester, die man vor anderen schonen sollte, und es geschieht nicht allein wider göttliches Recht, sondern auch wider die Canones. Paulus, der Apostel, 1. Tim. 4 nennt die Lehre, die die Ehe verbietet, Teufelslehre. So sagt Christus selbst Joh. 8, der Teufel sei ein Mörder von Anbeginn, welches dann wohl zusammenstimmt, daß es freilich Teufelslehre sein muß, die Ehe zu verbieten und sich zu unterstehen, solche Lehre mit Blutvergießen zu erhalten.

Sicut autem nulla lex humana potest mandatum Dei tollere, ita nec votum potest tollere mandatum Dei. Proinde etiam Cyprianus suadet, ut mulieres nubant, quae non servant promissam castitatem. Verba eius sunt haec, libro primo epistolarum ep. XI.: Si autem nolunt perseverare aut non possunt, melius est, ut nubant, quam in ignem delicti suis cadant; certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant.

So nun dieses, nämlich daß die Priester und Geistlichen mögen ehelich werden, gegründet ist auf das göttliche Wort und Gebot, dazu die Historien beweisen, daß die Priester ehelich gewesen sind, so auch das Gelübde der Keuschheit so viele häßliche, unchristliche Ärgernisse, so viel Ehebruch, schreckliche, unerhörte Unzucht und greuliche Laster angerichtet hat, daß auch etliche redliche unter den Tumbherren und auch etliche Kurtisanen zu Rom solches oft selbst bekannt und kläglich angeführt haben, wie solche Laster im Klerus zu greulich und übermächtig geworden sind, Gottes Zorn würde erregt werden, so ist es je erbärmlich, daß man den christlichen Ehestand nicht allein verboten, sondern an etlichen Orten aufs schnellste wie eine große Übeltat zu strafen unterstanden hat. Gott hat in der heiligen Schrift geboten, den Ehestand in allen Ehren zu halten.

Wie aber kein menschliches Gesetz Gottes Gebot wegtun oder ändern kann, also kann auch kein Gelübde Gottes Gebot ändern. Darum gibt auch Sanct Cyprianus den Rat, daß die Weiber, die die gelobte Keuschheit nicht halten, ehelich werden sollen, und sagt Epist. II also: „Wenn sie aber Keuschheit nicht halten wollen oder nicht vermögen, dann ist es besser, daß sie ehelich werden, als daß sie durch ihre Lust ins Feuer fallen, und sollen sich wohl vorsehen, daß sie den Brüdern und Schwestern kein Ärgernis anrichten.“

Et aequitate quadam utuntur ipsi canones erga hos, qui ante iustam aetatem voverunt, quomodo fere hactenus fieri consuevit.

Art. XXIV. De Missa

Falso accusantur ecclesiae nostrae, quod missam aboleant. Retinetur enim missa apud nos et summa reverentia celebratur. Servantur et usitatae caeremoniae fere omnes, praeterquam quod latinis cantionibus admiscetur alicubi Germanicae, quae additae sunt ad docendum populum. Nam ad hoc praecipue opus est caeremoniis, ut doceant imperitos. Et Paulus praecepit in ecclesia uti lingua intellecta populo. sed etiam ita consitutum est humano iure. Assuefit populus, ut una utantur sacramento, si qui sunt idonei; id quoque auget reverentiam ac religionem publicarum caeremoniarum. Nulli enim admittuntur nisi antea explorati et auditi. Admonentur etiam homines de dignitate et usu sacramenti, quantam consolationem afferat pavidis conscientis, ut discant Deo credere et omnia bona a Deo exspectare et petere. Hic cultus delectat deum, talis usus sacramenti alit pietatem erga Deum. Itaque non videntur apud adversarios missae maiore religione fieri quam apud nos.

Constat autem hanc quoque publicam et longe maximam querelam omnium bonorum virorum diu fuisse, quod missae turpiter profanarentur, collatae ad quaestum. Neque enim obscurum est, quam late pateat hic abusus in omnibus templis, a qualibus celebrentur missae tantum propter mercedem aut stipendium, quam multi contra interdictum canonum celebrent. Paulus autem graviter minatur his, qui indigne tractant eucharistiam, cum: Qui ederit panem hunc aut biberit calicem domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Itaque cum apud nos admonerentur sacerdotes de hoc peccato, desierunt apud nos privatae missae, cum fere nullae privatae missae nisi quaestus causa fierent.

Zudem, so gebrauchen auch alle Canones große Gelindigkeit und Billigkeit gegenüber denjenigen, die in der Jugend Gelübde getan haben, wie denn Priester und Mönche größtenteils in der Jugend aus Unwissenheit in solchen Stand gekommen sind.

Der 24. Artikel Von der Messe

Man legt den Unsern mit Unrecht auf, daß sie die Messe abgetan haben sollen. Denn das ist offenbar, daß die Messe, ohne Ruhm zu reden, bei uns mit größerer Andacht und Ernst gehalten wird, als bei den Widersachern. So werden auch die Leute mit höchstem Fleiß des öfteren unterrichtet vom heiligen Sakrament, wozu es eingesetzt und wie es zu gebrauchen sei, als nämlich die erschrocken Gewissen damit zu trösten; dadurch wird das Volk zur Kommunion und Messe gezogen. Dabei geschieht auch Unterricht gegen andere unrechte Lehre vom Sakrament. So ist auch in den öffentlichen Zeremonien der Messe keine merkliche Änderung geschehen, als daß an etlichen Orten neben lateinischem Gesang deutsche Gesänge gesungen werden, um das Volk damit zu lehren und zu üben, zumal alle Zeremonien vornehmlich dazu dienen sollen, daß das Volk davon lerne, was ihm von Christus zu wissen not ist.

Nachdem aber die Messe auf mancherlei Weise vor dieser Zeit mißbraucht, wie am Tag ist, daß ein Jahrmarkt daraus gemacht worden ist, daß man sie gekauft und verkauft hat und daß sie zu größeren Teil in allen Kirchen um des Geldes willen gehalten worden ist, ist solcher Mißbrauch mehrmals, auch vor dieser Zeit, von gelehrten und frommen Leuten getadelt worden. Als nun die Prediger bei uns davon gepredigt haben und die Priester der schrecklichen Bedrohung erinnert worden sind, die dann billig einen jeden Christen bewegen soll, daß, wer das Sakrament unwürdig gebraucht, schuldig sei am Leib und Blut Christi: daraufhin sind solche Kauf- und Winkelmessen, welche bisher aus Zwang um Geldes und der Stifter willen gehalten wurden, in unseren Kirchen gefallen.

Neque ignoraverunt hos abusus episcopi; qui si correxissent eos in tempore, minus nunc esset dissensionum. Antea sua dissimulatione multa vitia passi sunt in ecclesiam serpere. Nunc sero incipiunt queri de calamitatibus ecclesiae, cum hic tumultus non aliunde sumpserit occasionem quam ex illis abusibus, qui tam manifesti erant, ut tolerari amplius non possent. Magnae dissensiones de missa, de sacramento exortae sunt, fortassis ideo ut daret poenas orbis tam longae profanationis missarum, quam in ecclesiis tot saeculis toleraverunt isti, qui emendare et poterant et debebant. Nam in decalogo scriptum est: Qui nomine Dei abutitur, non erit impunitus. At ab initio mundi nulla res divina ita videtur unquam ad quaestum collata fuisse ut missa.

Accessit opinio, quae auxit privatas missas in infinitum, videlicet quod Christus sua passione satisfecerit pro peccato originis, et instituerit missam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis, mortalibus et venialibus. Hinc manavit publica opinio, quod missa sit opus delens peccata vivorum et mortuorum ex opere operato. Hic coepit disputari, utrum una missa dicta pro pluribus tantumdem valeret quantum singulae pro singulis. haec disputatio peperit istam infinitam multitudinem missarum.

De his opinionibus nostri admonuerunt, quod dissentiant a scripturis sanctis et laedant gloriam passionis Christi. Nam passio Christi fuit oblatio et satisfactio non solum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus reliquis peccatis, ut ad Hebraeos scriptum est: Sanctificati sumus per oblationem Jesu Christi semel. Item: Una oblatione consummavit in perpetuum sanctificatos.

Item scriptura docet nos coram deo iustificari per fidem in Christum, cum credimus, nobis remitti peccata propter Christum. Iam si missa delet peccata vivorum et mortuorum ex opere operato, contingit iustificatio ex opere missarum, non ex fide, quod scriptura non patitur.

Dabei ist auch der greuliche Irrtum gestraft, daß man gelehrt hat, unser Herr Christus habe durch seinen Tod allein für die Erbsünde genuggetan und die Messe eingesetzt zu einem Opfer für die anderen Sünden, und also die Messe zu einem Opfer gemacht für die Lebendigen und Toten, um dadurch Sünde wegzunehmen und Gott zu versöhnen. Daraus ist weiter gefolgt, daß man disputiert hat, ob eine Messe, für viele gehalten, ebensoviel wert sei, wie wenn man für einen jeglichen eine besondere hielte. Daher ist die große unzählige Menge der Messen gekommen, daß man mit diesem Werk bei Gott alles hat erlangen wollen, dessen man bedurft hat, und daneben ist des Glaubens an Christum und rechten Gottesdienstes vergessen worden. Darum ist davon Unterricht geschehen, wie ohne Zweifel die Not gefordert hat, daß man wüßte, wie das Sakrament recht zu gebrauchen wäre. Und erstlich zeigt die Schrift an vielen Orten an, daß kein Opfer für Erbsünde und andere Sünden da sei als der einige Tod Christi. Denn so steht geschrieben in Hebr. 10,14, daß sich Christus einmal geopfert hat und dadurch für alle Sünden genug getan hat. Es ist eine gar unerhörte Neuerung in der Kirchenlehre, daß Christi Tod solle allein für die Erbsünde und sonst nicht auch für andere Sünden genuggetan haben; deshalb ist zu hoffen, daß jedermann verstehe, daß solcher Irrtum nicht unbillig gestraft sei.

Zum anderen, so lehrt Sankt Paulus, daß wir vor Gott Gnade erlangen durch Glauben und nicht durch Werke. Dagegen ist offensichtlich dieser Mißbrauch der Messe, wenn man meint, Gnade zu erlangen durch dieses Werk, wie man denn weiß, daß man die Messe dazu gebraucht, um dadurch Sünde abzulegen und Gnade und alle Güter bei Gott zu erlangen, nicht allein der Priester für sich, sondern auch für die ganze Welt und für andere, Lebendige und Tote.

Sed Christus iubet facere in sui memoriam. Quare missa instituta est, ut fides in his, qui utuntur sacramento, recordetur, quae beneficia accipiat per Christum, et erigat et consoletur pavidam conscientiam. Nam id est meminisse Christi, beneficia meminisse ac sentire, quod vere exhibeantur nobis. Nec satis est historiam recordari, quia hanc etiam Iudaei et impii recordari possunt. Est igitur ad hoc facienda missa, ut ibi porrigatur sacramentum his, quibus opus est consolatione, sicut Ambrosius ait: Quia semper pecco, semper debeo accipere medicinam.

Cum autem missa sit talis communicatio sacramenti, servatur apud nos una communis missa singulis feriis atque aliis etiam diebus, si qui sacramento velint uti, ubi porrigitur sacramentum his, qui petunt. Neque hic mos in ecclesia novus est. Nam veteres ante Gregorium non faciunt mentionem privatae missae; de communi missa plurimum loquuntur.

Chrysostomus ait: Cotidie sacerdotum stare ad altare et alios accersere ad communionem, alios arcere. Et ex canonibus veteribus apparet unum aliquem celebrasse missam, a quo reliqui presbyteri et diaconi sumpserunt corpus Domini. Sic enim sonant verba canonis Nicaeni: Accipiant diaconi secundum ordinem post presbyteros ab episcopo vel a presbytero sacram communionem. Et Paulus de communionem iubet, ut alii alios exspectent, ut fiat communis participatio.

Postquam igitur missa apud nos habet exemplum ecclesiae, ex scriptura et patribus, confidimus improbari eam non posse, maxime cum publicae caeremoniae magna ex parte similes usitatis servantur; tantum numerus missarum est dissimilis, quem propter maximos et manifestos abusus certe moderari prodesset. Nam olim ne quidem in frequentissimis ecclesiis ubique fiebat cotidie missa, ut testatur Historia Tripartita, lib. 9.: Rursus autem in Alexandria quarta et sexta feria scripturae leguntur easque doctores interpretantur, et omnia fiunt praeter solemnem oblationis morem.

Zum dritten, so ist das heilige Sakrament eingesetzt, nicht damit für die Sünde ein Opfer anzurichten, denn das Opfer ist zuvor geschehen, sondern daß unser Glaube dadurch erweckt und die Gewissen getröstet werden, welche durch das Sakrament vernehmen, daß ihnen Gnade und Vergebung der Sünde von Christus zugesagt ist. Deshalb fordert dies Sakrament Glauben und wird ohne Glauben vergeblich gebraucht.

Dieweil nun die Messe nicht ein Opfer ist für andere, Lebendige oder Tote, ihre Sünde wegzunehmen, sondern eine Kommunion sein soll, da der Priester und andere das Sakrament empfangen für sich, so wird diese Weise bei uns gehalten, daß man an Feiertagen und auch sonst, wenn Kommunikanten da sind, Messe hält und etliche, die es begehren, kommunizieren.

Also bleibt die Messe bei uns in ihrem rechten Brauch, wie sie vorzeiten in der Kirche gehalten wurde, wie man beweisen mag aus S. Paulus 1. Kor. 11, dazu auch aus vieler Väter Schriften. Denn Chrysostomus spricht, wie der Priester täglich stehe und fordere etliche zur Kommunion auf, etlichen verbiete er, hinzutreten. Auch zeigen die alten Canones an, daß einer das Amt gehalten hat und die anderen Priester und Diakone kommuniziert haben. Denn so lauten die Worte im canone Nicaeno: Die Diakone sollen nach den Priestern ordentlich das Sakrament empfangen vom Bischof oder Priester.

So man nun keine Neuigkeit hierin, die in der Kirche von alters her nicht gewesen ist, vernommen hat, auch in den öffentlichen Zeremonien der Messen keine merkliche Änderung geschehen ist, allein daß die anderen unnötigen Messen, die etwa durch einen Mißbrauch neben der Pfarrmesse gehalten wurden, gefallen sind, soll diese Weise, Messe zu halten, billig nicht als ketzerisch und unchristlich verdammt werden. Dann man hat vorzeiten auch in den großen Kirchen, da viel Volk gewesen, auch an den Tagen, an denen das Volk zusammen kam, nicht täglich Messe gehalten, wie die Tripartita Historia lib. 9 zeigt, daß man zu Alexandria am Mittwoch und Freitag die Schrift gelesen und ausgelegt habe, und sonst alle Gottesdienste gehalten habe ohne die Messe.

**Art. XXV.
De Confessione.**

Confessio in ecclesiis apud nos non est abolita. Non enim solet porrigi corpus domini nisi antea exploratis et absolutis. Et docetur populus diligentissime de fide absolutionis, de qua ante haec tempora magnum erat silentium. Docentur homines, ut absolutionem plurimi faciant, quia sit vox Dei et mandato Dei pronuntietur. Ornatur potestas clavium et commemoratur, quantam consolationem afferat perterrefactis conscientiis, et quod requirat Deus fidem, ut illi absolutioni tamquam voci de coelo sonanti credamus, et quod illa fides vere consequatur et accipiat remissionem peccatorum.

Antea immodice extollebanatur staisfactiones; fidei vero et meriti Christi ac iustitiae fidei nulla fiebat mentio. Quare in hac parte minime sunt culpandae ecclesiae nostrae. Nam hoc etiam adversarii tribuere nobis coguntur, quod doctrina de poenitentia diligentissime a nostris tractata ac patefacta sit.

Sed de confessione docent, quod enumeratio delictorum non sit necessaria, nec sint onerandae conscientiae cura enumerandi omnia delicta, quia impossibile est omnia delicta recitare, ut testatur psalmus: Delicta quis intelligit? et Ieremias: pravum est cor hominis et inscrutabile. Quodsi nulla peccata nisi recitata remitterentur, nunquam acquiescere conscientiae possent, quia plurima peccata neque vident, neque meminisse possunt. Testantur et veteres scriptores enumerationem non esse necessariam. Nam in decretis citatur Chrysostomus, qui sic ait:

**Der 25. Artikel
Von der Beichte**

Die Beichte ist durch die Prediger dieses Teils nicht abgetan. Denn diese Gewohnheit wird bei uns gehalten, das Sakrament nicht zu reichen denen, die nicht zuvor verhört und absolviert sind. Dabei wird das Volk fleißig unterrichtet, wie tröstlich das Wort der Absolution und wie hoch und teuer die Absolution zu achten sei. Dann es sei nicht des gegenwärtigen Menschen Stimme oder Wort, sondern Gottes Wort, der die Sünde vergibt. Denn sie wird an Gottes Statt und aus Gottes Befehl gesprochen. Von diesem Befehl und Gewalt der Schlüssel, wie tröstlich, wie nötig sie sei dem erschrockenen Gewissen, wird mit großem Fleiß gelehrt; dazu, wie Gott fordert, dieser Absolution zu glauben, nicht weniger, denn so Gottes Stimme vom Himmel erschallte, und uns der Absolution fröhlich trösten und wissen, daß wir durch solchen Glauben Vergebung der Sunde erlangen.

Von diesen nötigen Stücken haben vorzeiten die Prediger, die von der Beichte viel lehrten, nicht ein Wortlein gerührt, sondern allein die Gewissen mit langer Erzählung der Sünden, mit Genugtun, mit Ablass, mit Wallfahrten und dergleichen gemartert. Und viele unser Widersacher selbst bekennen, daß dieses Teils von uns von rechter christlicher Buße schicklicher als lange Zeit zuvor geschrieben und gehandelt sei.

Und von der Beichte wird so gelehrt, daß man niemand drängen soll, die Sünde namhaftig zu erzählen. Denn solches ist unmöglich, wie der Psalm spricht: „Wer kennt die Missetat?“ Und Jeremia sagt: „Des Menschen Herz ist so arg, daß man's nicht auslernen kann.“ Die elende menschliche Kreatur steckt also tief in Sünden, daß sie dieselben nicht alle sehen oder kennen kann, und sollten wir allein von denen absolviert werden, die wir zählen können, wäre uns wenig geholfen. Deshalb ist nicht not, die Leute zu drängen, die Sünde namhaftig zu erzählen. So haben es auch die Väter gehalten, wie man findet in Dist. I. de poenitentia, da die Worte des Chrysostomus angeführt werden:

Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque apud alios accuses te; sed oboedire te volo prophetae dicenti: Revela ante Deum viam tuam. Ergo tua confitere peccata apud Deum, verum iudicem, cum oratione. Delicta tua pronuncia non lingua, sed conscientiae tuae memoria. Et glossa de poenitentia Dist. 5, in cap. Consideret, fatetur, humani iuris esse confessionem. Verum confessio cum propter maximum absolutionis beneficium tum propter alias utilitates conscientiarum, apud nos retinetur.

Art. XXVI. De Discrimine Ciborum.

Publica persuasio fuit non tantum vulgi, sed etiam doctentium in ecclesiis, quod discrimina ciborum et similes traditiones humanae sint opera utilia ad promerendam gratiam et satisfactoria pro peccatis. Et quod sic senserit mundus, apparet ex eo, quia cotidie instituebantur novae caeremoniae, novi ordines, novae feriae, nova ieiunia, et doctores in templis exigebant haec opera tamquam necessarium cultum ad promerendam gratiam et vehementer terrebant conscientias, si quid omitterent. Ex hac persuasione de traditionibus multa incommoda in ecclesia secuta sunt.

Primo obscurata est doctrina de gratia et iustitia fidei, quae est praecipua pars evangelii et quam maxime oportet existere et eminere in ecclesia, ut meritum Christi bene cognoscatur, et fides, quae credit remitti peccata propter Christum, longe supra opera et supra omnes cultos collocetur. Quare et Paulus in hunc locum maxime incumbit, legem et traditiones humanas removet, ut ostendat iustitiam christianam aliud quiddam esse quam huiusmodi opera, videlicet fidem, quae credit nos propter Christum recipi in gratiam. At haec doctrina Pauli paene tota oppressa est per traditiones, quae pepererunt opinionem, quod per discrimina ciborum et similes cultus oporteat mereri gratiam et iustitiam.

„Ich sage nicht, daß du dich selbst sollst öffentlich dargeben noch bei einem anderen dich selbst verklagen oder schuldig geben, sondern gehorche dem Propheten, welcher spricht: Offenbare dem Herrn deine Wege. Deshalb beichte Gott dem Herrn, dem wahrhaftigen Richter, neben deinem Gebet; sage deine Sünde nicht mit der Zunge, sondern in deinem Gewissen“. Hier sieht man klar, daß Chrysostomus nicht zwingt, die Sünde namhaftig zu erzählen. So lehrt auch die Glossa in Decretis, de poenitentia, Dist. 5., daß die Beichte von wegen der Absolution, welche das Hauptstück und das Vornehmste darin ist, zu Trost der erschrockenen Gewissen, dazu um etlicher anderer Ursachen willen, zu erhalten sei.

Der 26. Artikel Vom Unterschied der Speise

Vor Zeiten hat man so gelehrt, gepredigt und geschrieben, daß der Unterschied der Speisen und dergleichen Tradition, von Menschen eingesetzt, dazu diene, daß man dadurch Gnade verdiene und für die Sünde genugtue. Aus diesem Grund hat man täglich neue Fasten, neue Zeremonien, neue Orden und dergleichen erdacht und auf solches heftig und hart getrieben, als seien solche Dinge nötige Gottesdienste, dadurch man Gnade verdiene, so man es halte, und große Sünde geschehe, so man es nicht halte. Daraus sind viele schädliche Irrtümer in der Kirche gefolgt.

Erstlich ist dadurch die Gnade Christi und die Lehre vom Glauben verdunkelt, welche uns das Evangelium mit großem Ernst vorhält, und treibt hart dahin, daß man das Verdienst Christi hoch und teuer achte und wisse, daß Glauben an Christus hoch und weit über alle Werke zu setzen sei. Deshalb hat Sankt Paulus heftig gegen das Gesetz des Mose und menschliche Traditionen gefochten, daß wir lernen sollen, daß wir vor Gott nicht fromm werden aus unseren Werken, sondern allein durch den Glauben an Christus, daß wir um Christi willen Gnade erlangen. Solche Lehre ist schier ganz verloschen, dadurch, daß man gelehrt hat, Gnade zu verdienen mit gesetzten Fasten, Unterschied der Speise, Kleidern etc.

In poenitentia nulla mentio fiebat de fide, tantum haec opera satisfactoria proponebantur; in his putabatur tota poenitentia consistere.

Secundo hae traditiones obscuraverunt praecepta Dei, quia traditiones longe praeferebantur praeceptis Dei. Christianismus totus putabatur esse observatio certarum feriarum, rituum, ieiuniorum, vestitus.

Hae observationes erant in possessione honestissimi tituli, quod essent vita spiritualis et vita perfecta. Interim mandata Dei iuxta vocationem nullam laudem habebant: quod paterfamilias educabat sobolem, quod mater pariebat, quod princeps regebat rempublicam. Haec putabantur esse opera mundana et imperfecta et longe deteriora illis splendidis observationibus. Et hic error valde cruciavit pias conscientias, dolebant se teneri imperfecto vitae genere, in coniugio, in magistratibus aut aliis civilibus functionibus, mirabantur monachos et similes, et falso putabant illorum observationes Deo gratiores esse.

Tertio traditiones attulerunt magna pericula conscientias, quia impossibile erat omnes traditiones servare, et tamen homines arbitrabantur has observationes necessarios cultus esse. Gerson scribit multos incidisse in desperationem, quosdam etiam sibi mortem conscivisse, quia senserant se non posse satisfacere traditionibus, et interim consolationem nullam de iustitia fidei et de gratia audierant. Videmus summistas et theologos colligere traditiones et quaerere epiikias, ut levant conscientias; non satis tamen expediunt, sed interdum magis iniiciunt laqueos conscientias. Et in colligendis traditionibus ita fuerunt occupatae scholae et conciones, ut non vacaverit attingere scripturam et quaerere utiliore doctrinam de fide, de cruce, de spe, de dignitate civilium rerum, de consolatione conscientiarum in arduis tentationibus. Itaque Gerson et alii quidam theologi graviter questi sunt se his rixis traditionum impediri, quominus in meliore genere doctrinae versari possent. Et Augustinus vetat onerare conscientias huiusmodi observationibus, et prudenter admonet Ianuarium, ut sciat eas indifferenter observandas esse; sic enim loquitur.

Zum anderen haben auch solche Traditionen Gottes Gebot verdunkelt, denn man setzt diese Traditionen weit über Gottes Gebot. Dies hielt man allein für christliches Leben: Wer die Feier so hielte, so betete, so fastete, so gekleidet wäre, das nannte man geistliches, christliches Leben. Daneben hielt man andere nötige gute Werke für ein weltliches, ungeistliches Wesen, nämlich diese, die jeder nach seinem Beruf zu tun schuldig ist, nämlich daß der Hausvater arbeite, um Weib und Kind zu ernähren und zu Gottesfurcht aufzuziehen, die Hausmutter Kinder gebäre und sie pflege, ein Fürst und Obrigkeit Land und Leute regiere etc. Solche Werke, von Gott geboten, mußten ein weltliches und unvollkommenes Wesen sein; aber die Traditionen mußten den prächtigen Namen haben, daß sie allein heilige, vollkommene Werke hießen. Deshalb war kein Maß noch Ziel, solche Traditionen zu machen.

Zum dritten, solche Traditionen sind zu großer Beschwerung der Gewissen geraten. Denn es war nicht möglich, alle Traditionen zu halten; und doch waren die Leute der Meinung, als wäre solches ein nötiger Gottesdienst. Gerson schreibt, daß viele hiermit in Verzweiflung gefallen seien, etlich haben sich auch selbst umgebracht, weil sie keinen Trost von der Gnade Christi gehört haben. Dann sieht man bei den Summisten und Theologen, welche sich unterstanden haben, die Traditionen zusammenzuziehen und die freie Erfüllung zu suchen, daß sie den Gewissen hülften, wie sie den Gewissen Fallstricke hingeworfen haben. Sie haben so viel damit zu tun gehabt, daß alle heilsame christliche Lehre von nötigen Sachen, als vom Glauben, vom Trost in hohen Anfechtungen und dergleichen darnieder gelegen ist. Darüber haben auch viele fromme, gelehrte Leute vor dieser Zeit sehr geklagt, daß solche Traditionen viel Zank in der Kirche anrichten, und daß fromme Leute damit verhindert und zur rechten Erkenntnis Christi nicht kommen mochten. Gerson und etliche mehr haben heftig darüber geklagt. Ja, es hat auch Augustin mißfallen, daß man die Gewissen mit so vielen Traditionen beschwert. Deshalb gibt er dabei Unterricht, daß man es nicht für ein nötig Ding halten soll.

Quare nostri non debent videri hanc causam temere attigisse aut odio episcoporum, ut quidam falso suspicantur. Magna necessitas fuit de illis erroribus, qui nati erant ex traditionibus male intellectis, admonere ecclesias. Nam evangelium cogit urgere doctrinam in ecclesia de gratia et iustitia fidei, quae tamen intelligi non potest, si putent homines se mereri gratiam per observationes ab ipsis electas.

Sic igitur docuerunt, quod per observationem traditionum humanarum non possimus gratiam mereri aut satisfacere pro peccatis. Quare non est sentiendum, quod huiusmodi observationes sint necessarius cultus. Addunt testimonia ex scriptura. Christus Matth. 15 excusat apostolos, qui non servaverant usitam traditionem, quae tamen videbatur de re media esse et habere cognationem cum baptismatibus legis. Dicit autem: Frustra colunt me mandatis hominum. Igitur non exigit cultum inutilem. Et paulo post addit: Omne, quod intrat per os, non coinquinat hominem. Item Rom. 14: Regnum Dei non est esca aut potus. Col. 2: Nemo iudicet vos in cibo, potu, sabbato aut die festo. Actuum 15 ait Petrus: Quare tentatis deum, imponentes iugum super cervices discipulorum, quod neque nos neque patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus salvari, quemadmodum et illi. Hic vetat Petrus onerare conscientias pluribus ritibus sive Mosi, sive aliis. Et 1. Tim. 4 vocat prohibitionem ciborum doctrinas daemoniorum, quia pugnat cum evangelio talia opera instituere aut facere, ut per ea mereamur gratiam, aut quod non possit existere christiana iustitia sine tali cultu.

Hic obiiciunt adversarii, quod nostri prohibeant disciplinam et mortificationem carnis sicut Iovinianus. Verum aliud deprehenditur ex scriptis nostrorum.

Darum haben die Unsern nicht aus Frevel oder Verachtung geistlicher Gewalt von diesen Sachen gelehrt, sondern es hat die hohe Not gefordert, von den obangezeigten Irrtümern zu unterrichten, welche aus dem Mißverständnis der Tradition erwachsen sind. Denn das Evangelium erzwingt, daß man die Lehre vom Glauben in der Kirche treiben soll und muß, welche doch nicht verstanden werden mag, wenn man vermeint, durch eigene gewählte Werke Gnade zu verdienen.

Und davon ist also gelehret, daß man durch das Halten erdachter menschlicher Traditionen nicht Gnade verdienen oder Gott versöhnen oder für die Sünde genügtun kann. Deshalb soll kein notwendiger Gottesdienst daraus gemacht werden. Dazu werden Zeugnisse aus der Schrift angeführt. Christus entschuldigt in Matth. 15 die Apostel, da sie gewöhnliche Traditionen nicht gehalten haben, und spricht dabei: „Sie ehren mich vergeblich mit Menschengeboten.“ So er nun dies einen vergeblichen Dienst nennt, muß er nicht nötig sein. Und bald hernach: „Was zum Munde eingehet, verunreinigt den Menschen nicht.“ Ebenso spricht Paulus in Röm. 14: „Das Himmelreich steht nicht in Speise oder Trank.“ Kol. 2: „Niemand soll euch richten in Speise, Trank, Sabbat etc.“ Apg. 15 spricht Petrus: „Warum versucht ihr Gott mit Auflegung des Jochs auf der Jünger Hälse, welches weder unsere Väter noch wir haben tragen mögen? Sondern wir glauben durch die Gnade unsers Herrn Jesu Christi selig zu werden, gleicherweise wie auch sie.“ Da verbietet Petrus, daß man die Gewissen beschweren soll mit mehr äußerlichen Zeremonien, es sei von Moses oder anderen. Und 1. Timoth. 4 werden solche Verbote, wie Speise verbieten, Ehe verbieten etc. Teufelslehre genannt. Denn dies ist stracks dem Evangelium entgegen, solche Werke einzusetzen oder zu tun, daß man damit Vergebung der Sünde verdiene, oder als möge niemand Christ sein ohne solchen Dienst.

Daß man aber den Unsern die Schuld gibt, sie verböten Kasteiung und Zucht, wie Iovinianus, wird sich ganz anders aus deren Schriften entnehmen lassen.

Semper enim docuerunt de cruce, quod christianos oporteat tolerare afflictiones. Haec est vera, seria et non simulata mortificatio, variis afflictionibus exerceri et crucifigi cum Christo. Insuper docent, quod quilibet Christianus debeat se corporali disciplina aut corporalibus exercitiis et laboribus sic exercere et coercere, ne saturitas aut desidia exstimulet ad peccandum, non ut per illa exercitia mereamur gratiam aut satisfaciamus pro peccatis. Et hanc corporalem disciplinam oportet semper urgere, non solum paucis et constitutis diebus, sicut Christus praecipit Luc. 21, 34: Cavete, ne corpora vestra graventur crapula. Item Matth. 17, 21: hoc genus daemoniorum non eiicitur nisi ieiunio et oratione. Et Paulus ait 1 Cor. 9, 27: castigo corpus meum et redigo in servitutem. Ubi clare ostendit se ideo castigare corpus, non ut per eam disciplinam mereatur remissionem peccatorum, sed ut corpus habeat obnoxium et idoneum ad res spirituales et ad faciendum officium iuxta vocationem suam. Itaque non damnantur ipsa ieiunia, sed traditiones, quae certos dies, certos cibos praescribunt cum periculo conscientiae, tamquam istiusmodi opera sint necessarius cultus.

Servantur tamen apud nos pleraeque traditiones, quae conducunt ad hoc, ut res ordine geratur in ecclesia, ut ordo lectionum in missa et praecipuae feriae. Sed interim homines admonentur, quod talis cultus non iustificet coram deo, et quod non sit ponendum peccatum in talibus rebus, si omittantur sine scandalo. Haec libertas in ritibus humanis non fuit ignota patribus. Nam in oriente alio tempore servaverunt pascha quam Romae, et cum Romani propter hanc dissimilitudinem accusarent orientem schismatis, admoniti sunt ab aliis, tales mores non oportere ubique similes esse. Et Irenaeus inquit: dissonantia ieiunii fidei consonantiam non solvit, sicut et distinct. 12 Gregorius papa significat, talem dissimilitudinem non laedere unitatem ecclesiae. Et in historia Tripartita, lib. 9, multa colliguntur exempla dissimilium rituum et recitantur haec verba: mens apostolorum fuit non de diebus festis sancire, sed praedicare bonam conversationem et pietatem.

Denn sie haben allzeit gelehret vom heiligen Kreuz, daß Christen zu leiden schuldig sind, und dieses ist rechte, ernstliche und nicht erdichte Kasteiung.

Daneben wird auch gelehret, daß ein jeglicher schuldig ist, sich mit leiblicher Übung, wie Fasten und anderer Arbeit, so zu halten, daß er nicht Ursache zu Sündigen gebe, nicht, daß er mit solchen Werken Gnade verdiene. Diese leibliche Übung soll nicht allein etliche bestimmte Tage, sondern stets getrieben werden. Davon redet Christus in Luk. 21: „Hütet euch, daß euer Herzen nicht beschwert werden mit Völlerei.“ Ebenso: „Die Teufel werden nicht ausgeworfen dann durch Fasten und Gebet.“ Und Paulus spricht, er kasteie seinen Leib und bringe ihn zu Gehorsam; damit zeigt er an, daß Kasteiung dienen soll, nicht damit gnad zu verdienen, sonder den Leib geschickt zu halten, daß er nicht verhindere, was einem iglichen nach seinem Beruf zu schaffen befohlen ist. Und wird also nicht das Fasten verworfen, sondern daß man ein notigen Dienst daraus auf bestimmte Tage und Speisen, zu Verwirrung der Gewissen, gemacht hat. Auch werden dieses Teils viele Zeremonien und Traditionen gehalten, als Ordnung der Messe und andere Gesänge, Feste etc., welche dazu dienen, daß in der Kirche Ordnung gehalten werde. Daneben aber wird das Volk unterrichtet, daß solcher äußerlicher Gottesdienst nicht fromm mache vor Gott, und daß man ohne Beschwerung des Gewissens halten soll, so daß, wenn man es läßt ohne Ärgernis, nicht daran gesündigt wird. Diese Freiheit in äußerlichen Zeremonien haben auch die alten Väter gehalten. Denn im Orient hat man das Osterfest zu einer anderen Zeit als in Rom gehalten. Und da etliche diese Ungleichheit für eine Trennung in der Kirche halten wollten, sind sie von anderen vermahnt worden, daß es nicht not sei, in solchen Gewohnheiten Gleichheit zu halten. Und Irenaeus spricht: „Ungleichheit im Fasten trennet nicht die Einigkeit des Glaubens“, wie auch Dist. 12. von solcher Ungleichheit in menschlichen Ordnungen geschrieben ist, daß sie der Einigkeit der Christenheit nicht zuwider sei. Und Tripartita Hist. lib. 9, zieht viele ungleiche Kirchengewohnheiten zusammen und setzt einen nützlichen christlichen Spruch: „Der Apostel Meinung ist nicht gewesen, Feiertage einzusetzen, sondern Glaube und Liebe zu lehren.“

Art. XXVII. De Votis Monachorum

Quid de votis monachorum apud nos doceatur, melius intelliget, si quis meminerit, qualis status fuerit monasteriorum, quam multa contra canones in ipsis monasteriis cotidie fiebant. Augustini tempore erant libera collegia; postea, ubique corrupta disciplina, addita sunt vota, ut tamquam excogitato carcere disciplina restitueretur. Additae sunt paulatim supra vota aliae multae observationes. Et haec vincula multis ante iustam aetatem contra canones iniecta sunt. Multi inciderunt errore in hoc vitae genus, quibus, etiamsi non desent anni, tamen iudicium de suis viribus defuit. Qui sic irretiti erant, cogebantur manere, etiamsi quidam beneficio canonum liberari possent. Et hoc accidit magis etiam in monasteriis virginum quam monachorum, cum sexui imbecilliori magis parcendum esset. Hic rigor displicuit multis bonis viris ante haec tempora, qui videbant puellas et adolescentes in monasteria detrudi propter victum, videbant, quam infeliciter succederet hoc consilium, quae scandala pareret. quos laqueos conscientiae iniiceret. Dolebant auctoritatem canonum in re periculosissima omnino negligi et contemni. Ad haec mala accedebat talis persuasio de votis, quam constant etiam olim displicuisse ipsis monachis, si qui paulo cordatiores fuerunt.

Dicebant vota paria esse baptismo; docebant se hoc vitae genere mereri remissionem peccatorum et iustificationem coram Deo.

Der 27. Artikel Von den Mönchsgelübden

Von Klostergelübden zu reden, ist notwendig, erstlich, um zu bedenken, wie es bisher damit gehalten wurde, welches Wesen in Klöstern gewesen ist und daß darin täglich sehr viel nicht allein gegen Gottes Wort, sondern auch päpstlichen Rechten entgegen gehandelt worden ist. Denn zu Sankt Augustins Zeiten sind die Klosterstände frei gewesen; danach, als die rechte Zucht und Lehre zerrüttet war, hat man Klostergelübde erdacht und damit eben als mit einem erdachten Gefängnis die Zucht wiederum aufrichten wollen. Dazu hat man neben den Klostergelübden viele andere Stücke hinzugefügt, und mit solchen Banden und Beschwernissen viele, auch bevor sie das nötige Alter erreicht hatten, beladen. So sind auch viele Personen aus Unwissenheit zu solchem Klosterleben gekommen, die, wiewohl sie sonst nicht zu jung gewesen sind, doch ihr Vermögen nicht genug ermessen noch verstanden haben. Dieselben alle, so verstrickt und verwickelt, sind gezwungen und gedrungen gewesen, in solchen Banden zu bleiben, ungeachtet dessen, daß auch das päpstliche Recht viele von ihnen freigibt. Das ist in Jungfrauenklöstern beschwerlicher gewesen als in Mönchsklöstern, so es sich doch geziemt hätte, der Weibsbilder als der Schwachen zu verschonen. Dieselbe Strenge und Härte hat auch vielen frommen Leuten vorzeiten mißfallen, denn sie haben wohl gesehen, daß beide, Knaben und Mädchen, um des leiblichen Unterhalts willen in die Klöster gesteckt worden sind. Sie haben auch wohl gesehen, wie übel dasselbe Vornehmen geraten ist, welches Ärgernis und welche Beschwerung der Gewissen es gebracht hat, und viele Leute haben geklagt, daß man in solch gefährlicher Sache die Canones gar nicht geachtet hat. Zudem hat man eine solche Meinung von den Klostergelübden, die unverborgen auch vielen Mönchen mißfallen hat, die ein wenig Verstand hatten. Dann sie gaben vor, daß Klostergelübde der Taufe gleich wären, und daß man mit dem Klosterleben Vergebung der Sünde und Rechtfertigung vor Gott verdiente.

Immo addebant amplius, vitam monasticam non tantum iustitiam mereri coram Deo, sed amplius etiam, quia servaret non modo praecepta, sed etiam consilia evangelica. Ita persuadebant monasticam professionem longe praestantiorē esse baptismo, vitam monasticam plus mereri quam vitam magistratuum, pastorum et similium, qui sine facticiis religionibus in mandatis Dei suae vocationi serviunt. Nihil horum negari potest; extant enim in libris eorum.

Quid fiebat postea in monasteriis? Olim erant scholae sacrarum litterarum et aliarum disciplinarum, quae sunt utiles ecclesiae, et sumebantur inde pastores et episcopi: nunc alia res est; nihil enim opus est recitare nota. Olim ad discendum conveniebant: nunc fingunt institutum esse vitae genus ad promerendam gratiam et iustitiam, immo praedicant, esse statum perfectionis, et longe praeferunt omnibus aliis vitae generibus a deo ordinatis. Haec ideo recitavimus nihil odiose exaggerantes, ut melius intelligi hac de re doctrina nostrorum posset.

Primum de his, qui matrimonia contrahunt, sic docent apud nos, quod liceat omnibus, qui non sunt idonei ad coelibatum, contrahere matrimonium, quia vota non possunt ordinationem ac mandatum dei tollere. Est autem hoc mandatum Dei: Propter fornicationem habeat unusquisque uxorem suam. Neque mandatum solum, sed etiam creatio et ordinatio Dei cogit hos ad coniugium, qui sine singulari Dei opere non sunt excepti, iuxta illud: Non est bonum homini esse solum, Genes. 2. Igitur non peccant, qui obtemperant huic mandato et ordinationi Dei.

Ja sie setzten noch mehr hinzu, daß man mit dem Klosterleben nicht allein Gerechtigkeit verdiente, sondern auch, daß man damit die Gebote und Räte hielte, die im Evangelium verfaßt sind. Also wurden die Klostergelübde höher gepriesen als die Taufe; ebenso daß man mehr verdiene mit dem Klosterleben als mit allen anderen Ständen, die von Gott geordnet sind, wie der Pfarrer- und Predigerstand, Obrigkeit-, Fürsten-, Herrenstand und dergleichen, die alle nach Gottes Gebot, Wort und Befehl ihrem Beruf ohne erdichtete Geistlichkeit dienen. Keines dieser Stücke kann geleugnet werden, denn man findet es in ihren eigenen Büchern.

Überdies, wer so gefangen und ins Kloster gekommen ist, lernt wenig von Christus. Früher hatte man in den Klöstern etwa Schulen der heiligen Schrift und anderer Künste, die der christlichen Kirche dienstlich sind, daß man aus den Klöstern Pfarrer und Bischöfe genommen hat. Jetzt aber hat es eine ganz andere Gestalt. Denn vorzeiten kamen sie im Klosterleben zusammen in der Meinung, daß man die Schrift lernt. Jetzt geben sie vor, das Klosterleben sei ein solches Wesen, daß man Gottes Gnade und Gerechtigkeit vor Gott damit verdiene, ja es sei ein Stand der Vollkommenheit; und ziehen es den anderen Ständen, die von Gott eingesetzt sind, weit vor. Das alles wird darum angeführt ohne alle Verunglimpfung, damit man besser vernehmen und verstehen möge, was und wie die Unseren lehren und predigen.

Erstlich lehren sie bei uns von denen, die zur Ehe greifen, so: daß alle die, so zum ledigen Stand nicht geschickt sind, Macht, Sieg und Recht haben, sich zu verhehlichen. Denn die Gelübde vermögen nicht Gottes Ordnung und Gebot aufzuheben. Nun lautet Gottes Gebot also 1. Kor. 7: „Um der Hurerei willen habe ein jeglicher sein eigen Weib, und eine jegliche habe ihren eigenen Mann.“ Dazu dringt, zwingt und treibt nicht allein Gottes Gebot, sondern auch Gottes Schöpfung und Ordnung alle die zum Ehestand, die ohne besonderes Gotteswerk nicht mit der Gabe der Jungfräuschaft begnadet sind, laut dieses Spruches Gottes selbst, Gen. 2: „Es ist nicht gut, daß der Mensch allein sei; wir wollen ihm eine Gehilfin machen, die um ihn sei.“

Quid potest contra haec opponi? Exaggeret aliquis obligationem voti, quantum volet, tamen non poterit efficere, ut votum tollat mandatum Dei. Canones docent in omni voto ius superioris excipi; quare multo minus haec vota contra mandata Dei valent.

Quodsi obligatio votorum nullas haberet causas, cur mutari possit: nec romani pontifices dispensassent. Neque enim licet homini obligationem, quae simpliciter est iuris divini, rescindere. Sed prudenter iudicaverunt romani pontifices aequitatem in hac obligatione adhibendam esse; ideo saepe de votis dispensasse leguntur. Nota est enim historia de rege Aragonum revocato ex monasterio; nec desunt exempla nostri temporis.

Deinde, cur obligationem exaggerant adversarii seu effectum voti, cum interim de ipsa voti natura sileant, quod debet esse in re possibili, quod debet esse voluntarium, sponte et consulto conceptum? At quomodo sit in potestate hominis perpetua castitas, non est ignotum. Et quotusquisque sponte et consulto vovit? Puellae et adolescentes, priusquam iudicare possunt, persuadentur ad vovendum, interdum etiam coguntur. Quare non est aequum tam rigide de obligatione disputare, cum omnes fateantur contra voti naturam esse, quod non sponte, quod inconsulto, promittitur.

Plerique canones rescindunt vota, ante annum 15. contracta, quia ante illam aetatem non videtur tantum esse iudicii, ut de perpetua vita constitui possit.

Was mag man nun dagegen aufbringen? Man rühme das Gelübde und die Pflicht, wie hoch man wolle, man werte es so hoch auf, wie man kann, so mag man dennoch nicht erzwingen, daß Gottes Gebot dadurch aufgehoben werde. Die Doktoren sagen, daß die Gelübde gegen des Papstes Recht nicht bindend sind; wie viel weniger sollen sie dann binden, Statt und Kraft haben gegen Gottes Gebot!

Wo die Pflicht der Gelübde keine anderen Ursachen hätte, daß sie aufgehoben werden möchte, so hätten die Päpste auch nicht dagegen dispensiert und erlaubt. Denn es gebührt keinem Menschen, die Pflicht, die aus göttlichen Rechten erwächst, zu zerreißen. Darum haben die Päpste wohl bedacht, daß in dieser Pflicht Billigkeit gebraucht werden soll, und haben öfters dispensiert, etwa bei einem König von Aragon und vielen anderen. So man nun zur Erhaltung zeitlicher Dinge dispensiert hat, soll viel billiger dispensiert werden um der Not der Seelen willen.

Ferner, warum übertreiben die Gegner so hart, daß man die Gelübde halten muß, und sieht nicht zuvor an, ob das Gelübde seine Art habe? Denn das Gelübde soll in möglichen Sachen willig und ungezwungen sein. Wie aber die ewige Keuschheit in des Menschen Gewalt und Vermögen stehe, weiß man wohl; auch sind wenige, beide Mannes- und Weibespersonen, die von ihnen selbst, willig und wohlbedacht das Klostergelübde getan haben. Ehe sie zum rechten Verstand kommen, überredet man sie zum Klostergelübde; zuweilen werden sie auch dazu gezwungen und gedrängt. Darum ist es je nicht billig, daß man so schnell und hart von der Gelübde Pflicht disputiere, angesichts dessen, daß sie alle bekennen, daß solches gegen die Natur und die Art des Gelübdes ist, daß es nicht willig und mit gutem Rat und Bedacht gelobt wird.

Etliche Canones und päpstlichen Rechte zerreißen die Gelübde, die unter fünfzehn Jahren geschehen sind. Denn sie halten dafür, daß man vor derselben Zeit so viel Verstand nicht hat, daß man die Ordnung des ganzen Lebens, wie dasselbe anzustellen sei, beschließen könne.

Alius canon, plus concedens hominum imbecillitati, addit annos aliquot; vetat enim ante annum 18. votum facere. Sed utrum sequemur? Maxima pars habet excusationem, cur monasteria deserant, quia plurimi ante hanc aetatem voverunt.

Postremo, etiam si voti violatio reprehendi posset, tamen non videtur statim sequi, quod coniugia talium personarum dissolvenda sint. Nam Augustinus negat debere dissolvi, 27., quaest. I., cap. Nuptiarum; cuius non est levis auctoritas, etiamsi alii postea aliter iudicaverunt.

Quamquam autem mandatum Dei de coniugio videatur plerosque liberare a votis, tamen afferunt nostri et aliam rationem de votis, quod sint irrita, quia omnis cultus Dei, ab hominibus sine madato Dei institutus et electus ad promerendam iustificationem et gratiam, impius est, sicut Christus ait: Frustra colunt me mandatis hominum. Et Paulus ubique docet iustitiam non esse quaerendam ex nostris observationibus et cultibus, qui sunt excogitati ab hominibus, sed contingere eam per fidem credentibus, se recipi in gratiam a Deo propter Christum.

Constat autem monachos docuisse, quod facticiae religiones satisfaciant pro peccatis, mereantur gratiam et iustificationem. Quid hoc est aliud, quam de gloria Christi detrahere et obscurare ac negare iustitiam fidei? Sequitur igitur ista vota usitata impios cultus fuisse, quare sunt irrita. Nam votum impium et factum contra mandata Dei non valet; neque enim debet votum vinculum esse iniquitatis, ut canon dicit.

Ein anderer Kanon gibt der menschlichen Schwachheit noch mehr Jahre zu, denn er verbietet, das Klostergelübde unter achtzehn Jahren zu tun. Daraus hat der meiste Teil Entschuldigung und Grund, aus den Klöstern zu gehen, denn sie sind größtenteils in der Kindheit vor diesen Jahren ins Kloster gekommen. Endlich, wenngleich das Brechen des Klostergelübdes getadelt werden möchte, so konnte aber daraus nicht folgen, daß man die Ehe derselben Personen zerreißen sollte. Dann Sankt Augustin sagt 27. quaest. I., cap. Nuptiarum, daß man solche Ehe nicht zerreißen soll. Nun ist ja Sankt Augustin in der christlichen Kirche in nicht geringem Ansehen, obgleich etliche es hernach anders gehalten haben.

Wiewohl nun Gottes Gebot von dem Ehestande sehr viele vom Klostergelübde frei und ledig macht, so bringen doch die Unseren noch mehr Gründe vor, daß Klostergelübde nichtig und nicht bindend seien. Dann aller Gottesdienst, der von den Menschen ohne Gottes Gebot und Befehl eingesetzt und erwählt ist, um Gerechtigkeit und Gottes Gnade zu erlangen, ist gegen Gott und das Evangelium und Gottes Befehl entgegen; wie dann Christus selbst sagt Matth. 15: „Sie dienen mir vergeblich mit Menschengeboten.“ So lehrt es auch Sankt Paulus überall, daß man Gerechtigkeit nicht suchen soll aus unseren Geboten und Gottesdiensten, die von Menschen erdichtet sind, sondern daß die Gerechtigkeit vor Gott aus dem Glauben und Vertrauen kommt, daß wir glauben, daß uns Gott um seines einigen Sohnes Christus willen in Gnaden annimmt.

Nun ist es ja am Tage, daß die Mönche gelehrt und gepredigt haben, daß die erdachte Geistlichkeit genügt für die Sünde und Gottes Gnade und Gerechtigkeit erlange. Was ist nun das anders, als die Herrlichkeit und den Preis der Gnade Christi zu vermindern und die Gerechtigkeit des Glaubens zu verleugnen? Darum folgt aus dem, daß solche gewöhnlichen Geübde unrechte, falsche Gottesdienste gewesen sind. Deshalb sind sie auch nicht bindend. Denn ein gottloses Gelübde, das gegen Gottes Gebot geschehen ist, ist nicht bindend und nichtig; wie auch die Canones lehren, daß der Eid nicht soll ein Band zur Sünde sein.

Paulus ait: Evacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini; a gratia excidistis. Ergo etiam qui votis iustificari volunt, evacuantur a Christo et a gratia excidunt. Nam et hi, qui votis tribuunt iustificationem, tribuunt propriis operibus hoc, quod proprie ad gloriam Christi pertinet. Neque vero negari potest, quin monachi docuerint se per vota et observationes suas iustificari et mereri remissionem peccatorum; immo affinxerunt absurdiora, gloriati sunt se aliis mutari sua opera. Haec si quis velit odiose exaggerare, quam multa possit colligere, quorum iam ipsos monachos pudet! Ad haec persuaserunt hominibus factitias religiones esse statum christianae perfectionis. An non est hoc tribuere iustificationem operibus? Non est leve scandalum in ecclesia, populo proponere certum cultum ab hominibus excogitatum sine mandato Dei, et docere, quod talis cultus iustificet homines. Quia iustitia fidei, quam maxime oportet tradi in ecclesia, obscuratur, cum illae mirificae religiones angelorum, simulatio paupertatis et humilitatis et caelibatus offunduntur oculis hominum.

Praeterea obsurantur praecepta Dei et verus cultus Dei, cum audiunt homines solos monachos esse in statu perfectionis. Nam perfectio Christiana est serio timere deum et rursus concipere magnam fidem et confidere propter Christum, quod habeamus Deum placatum, petere a Deo et certo exspectare auxilium in omnibus rebus gerendis iuxta vocationem; interim foris diligenter facere bona opera et servire vocationi.

Sankt Paulus sagt zu den Galatern 5.: „Ihr habt Christus verloren, die ihr durch das Gesetz gerechtfertigt werden wollt, und seid aus der Gnade gefallen.“ Deshalb haben auch die, die durch Gelübde gerechtfertigt werden wollen, Christus verloren und sind aus der Gnade Gottes gefallen. Denn dieselben rauben Christus seine Ehre, der allein gerecht macht, und geben solche Ehre ihren Gelübden und Klosterleben. Man kann auch nicht leugnen, daß die Mönche gelehrt und gepredigt haben, daß sie durch ihre Gelübde und ihr Klosterwesen gerecht werden und Vergebung der Sünden verdienen; ja sie haben noch ungeschicktere und ungereimere Dinge erdichtet und gesagt, daß sie ihre guten Werke den anderen mitteilten. Wenn nun einer dies alles wollte unglimpflich treiben und aufwerten, wie viele Stücke könnte er zusammenbringen, deren sich die Mönche auch selbst schämen und die sie nicht getan haben wollen! Über das alles haben sie auch die Leute davon überredet, daß die erdichteten geistlichen Orden Stände christlicher Vollkommenheit seien. Dies heißt ja, die Werke zu rühmen, daß man durch sie gerecht werde. Nun ist es ein nicht geringes Argernis in der christlichen Kirche, daß man dem Volk einen solchen Gottesdienst vorträgt, den die Menschen ohne Gottes Gebot erdichtet haben und lehren, daß ein solcher Gottesdienst die Menschen vor Gott fromm und gerecht mache. Denn die Gerechtigkeit des Glaubens, die man am meisten in der christlichen Kirchen treiben soll, wird verdunkelt, wenn den Leuten die Augen aufgesperrt werden mit dieser seltsamen Engelsgeistlichkeit und falschem Vorgeben der Armut, Demut und Keuschheit. Über das werden auch die Gebote Gottes und der rechte und wahre Gottesdienst dadurch verdunkelt, wenn die Leute hören, daß allein die Mönche im Stand der Vollkommenheit sein sollen. Denn die christliche Vollkommenheit ist, daß man Gott von Herzen und mit Ernst fürchtet, und doch auch eine herzliche Zuversicht und Glauben, auch Vertrauen faßt, daß wir um Christi willen einen gnädigen, barmherzigen Gott haben, daß wir bitten und begehren mögen und sollen, was uns not ist, und Hilfe von ihm in allen Trübsalen nach eines jeden Beruf und Stand gewißlich erwarten, daß wir auch indes sollen äußerlich mit Fleiß gute Werke tun und unsers Berufs warten.

In his rebus est vera perfectio et verus cultus Dei; non est in caelibatu aut mendicitate, aut sordida veste. Itaque populus concipit multas perniciosas opiniones ex illis falsis praeconiis vitae monasticae. Audit sine modo laudari caelibatum; ideo cum offensione conscientiae versatur in coniugio. Audit solos mendicos perfectos esse; ideo retinet possessiones, cum offensione conscientiae negotiatur. Audit consilium evangelicum esse de non vindicando; ideo alii in privata vita non verentur ulcisci; audiunt enim prohiberi vindictam consilio, non praecepto. Alii contra magis etiam errant, qui omnes magistratus, omnia civilia officia iudicant indigna esse christianis et cum consilio evangelico pugnare.

Leguntur exempla hominum, qui deserto coniugio, deserta reipublicae administratione abdiderunt se in monasteria. Id vocabant fugere mundum et quaerere sanctum vitae genus, nec videbant Deo serviendum esse in illis mandatis, quae ipse tradidit, non in mandatis, quae sunt excogitata ab hominibus. Bonum et perfectum vitae genus est, quod habet mandatum Dei. De his rebus necesse est admonere homines.

Et ante haec tempora reprehendit Gerson errorem monachorum de perfectione et testatur, suo tempore novam hanc vocem fuisse, quod vita monastica sit status perfectionis.

Tam multae impiae opiniones haerent in votis: quod iustificent, quod sint perfectio christiana, quod servant monachi consilia et praecepta, quod habeant opera supererogationis. Haec omnia, cum sint falsa et inania, faciunt vota irrita.

Darin stehet die rechte Vollkommenheit und der rechte Gottesdienst, nicht im Betteln oder in einer schwarzen oder grauen Kappe. Aber das gewöhnliche Volk faßt viel schädlicher Meinung aus falschem Lob des Klosterlebens, wenn es hört, daß man den Ledigenstand ohne Maßen lobt. Den daraus folgt, daß es mit beschwertem Gewissen im Ehestand ist. Wenn der gemeine Mann hört, daß allein die Bettler vollkommen sein sollen, kann er nicht wissen, daß er ohne Sünde Güter haben und damit umgehen möge. Wenn das Volk hört, es sei nur ein Rat, nicht Rache zu üben, folgt, daß etliche meinen, es sei nicht Sünde, außerhalb des Amts Rache zu üben. Etliche meinen, Rache gezieme den Christen gar nicht, auch nicht der Obrigkeit.

Man liest auch viele Beispiele, daß etliche Frau und Kind und auch ihr öffentliches Amt verlassen und sich ins Kloster gesteckt haben. Dasselbe, haben sie gesagt, heißt aus der Welt fliehen und ein solches Leben suchen, das Gott mehr gefällt als der anderen Leben. Sie haben auch nicht wissen können, daß man Gott dienen soll in den Geboten, die er gegeben hat, und nicht in den Geboten, die von Menschen erdichtet sind. Nun ist jeweils das ein guter und vollkommener Stand des Lebens, welcher Gottes Gebot für sich hat; das aber ist ein gefährlicher Stand des Lebens, der Gottes Gebot nicht für sich hat. Von solchen Sachen ist vonnöten gewesen die Leute zu ermahnen.

Es hat auch Gerson vorzeiten den Irrtum der Mönche von der Vollkommenheit gestraft und er zeigt an, daß zu seiner Zeit dieses eine neue Rede gewesen sei, daß das Klosterleben ein Stand der Vollkommenheit sein soll.

So viele gottlose Meinungen hängen an den Klostergelübden: daß sie rechtfertigen und vor Gott fromm machen sollen, daß sie die christliche Vollkommenheit sein sollen, daß man damit beide, des Evangeliums Rat und Gebot, halte, daß sie Werke im Übermaß haben, die man Gott nicht schuldig sei. Weil denn solches alles falsch, eitel und erdichtet ist, macht es auch die Klostergelübde nichtig und nicht bindend.

**Art. XXVIII.
De potestate ecclesiastica**

Magnae disputationes fuerunt de potestate episcoporum, in quibus nonnulli incommode commiscuerunt potestatem ecclesiasticam et potestatem gladii. Et ex hac confusione maxima bella, maximi motus exstiterunt, dum Pontifices, freti potestate clavium, non solum novos cultus instituerunt, reservatione casuum, violentis excommunicationibus conscientias oneraverunt, sed etiam regna mundi transferre et imperatoribus adimere imperium conati sunt. Haec vitia multo ante reprehenderunt in ecclesia homines pii et eruditi. Itaque nostri ad docendas conscientias coacti sunt ostendere discrimen ecclesiasticae potestatis et potestatis gladii, et docuerunt, utramque propter mandatum dei religiose venerandem et honore afficiendam esse tamquam summa Dei beneficia in terris.

Sic autem sentiunt, potestatem clavium seu potestatem episcoporum iuxta evangelium potestatem esse seu mandatum Dei praedicandi evangelii, remittendi et retinendi peccata et administrandi sacramenta. Nam cum hoc mandato Christus mittit apostolos: Sicut misit me Pater, ita et ego mitto vos. Accipite spiritum sanctum; quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis peccata, retenta sunt. Et Marc. XVI: Ite, praedicate evangelium omni creaturae etc.

Haec potestas tantum exercetur docendo seu praedicando evangelium et porrigendo sacramenta vel multis, vel singulis iuxta vocationem, quia conceduntur non res corporales, sed res aeternae, iustitia aeterna, spiritus sanctus, vita aeterna.

**Der XXVIII. Artikel
Von der Bischöfe Gewalt**

Von der Bischöfe Gewalt ist vorzeiten viel und mancherlei geschrieben worden und manche haben unschicklich die Gewalt der Bischöfe und das weltliche Schwert untereinander gemengt, und aus diesem unordentlichen Gemenge sind sehr große Kriege, Aufruhr und Empörung erfolgt, solange die Bischöfe im Schein ihrer Gewalts, die ihnen von Christus gegeben ist, nicht nur neue Gottesdienste angerichtet haben und mit Vorbehalt etlicher Fälle und mit gewaltsamen Bann die Gewissen beschwert haben, sondern sich auch unterwunden haben, Kaiser und Könige einzusetzen und abzusetzen nach ihrem Gefallens. Diesen Frevel haben auch lange Zeit hiervor gelehrte und gottesfürchtige Leute in der Christenheit getadelt. Deshalb sind die Unseren zum Trost der Gewissen gezwungen worden, die Unterscheidung zwischen der geistlichen und weltlichen Gewalt, des Schwerts und Regiments, anzuzeigen, und haben gelehrt, daß man beide Regimente und Gewalten um des Gebots Gottes willen mit aller Andacht ehren und wohl halten soll als die zwei höchsten Gaben Gottes auf Erden.

Nun lehren die Unseren, daß die Gewalt der Schlüssel oder der Bischöfe gemäß dem Evangelium sei eine Gewalt und Befehl Gottes, das Evangelium zu predigen, die Sünde zu vergeben und zu behalten, und die Sacrament zu reichen und zu handeln. Denn Christus hat die Apostel mit dem Befehl ausgesandt Joh. 20: „Gleichwie mich mein Vater gesandt hat, also sende ich euch auch. Nehmet hin den heiligen Geist; welchen ihr ihre Sünden erlassen werdet, denen sollen sie erlassen sein, und denen ihr sie vorbehalten werdet, denen sollen sie vorbehalten sein.“

Dieselbe Gewalt der Schlüssel oder Bischöfe übt und treibt man allein mit der Lehre und Predigt von Gottes Wort und mit Handreichung der Sakramente an viele oder einzelne Personen, gemäß der Berufung. Denn damit werden nicht leibliche, sondern ewige Dinge und Güter gegeben, nämlich ewige Gerechtigkeit, der heilige Geist und das ewige Leben.

Haec non possunt contingere nisi per ministerium verbi et sacramentorum, sicut Paulus dicit: Evangelium est potentia Dei ad salutem omni credenti. Et Psal. 118: Eloquium tuum vivificat me. Itaque cum potestas ecclesiastica concedat res aeternas et tantum exerceatur per ministerium verbi, non impedit politicam administrationem, sicut ars canendi nihil impedit politicam administrationem. Nam politica administratio versatur circa alias res quam evangelium. Magistratus defendit non mentes, sed corpora et res corporales adversus manifestas iniurias, et coercet homines gladio et corporalibus poenis. Evangelium defendit mentes adversus impias opiniones, adversus diabolum et mortem aeternam.

Non igitur commiscendae sunt potestates ecclesiastica et civilis. Ecclesiastica suum mandatum habet evangelii docendi et sacramenta administrandi. Non irrumpat in alienum officium, non transferat regna mundi, non abroget leges magistratum, non tollat legitimam oboedientiam, non impediatur iudicia de ullis civilibus ordinationibus aut contractibus, non praescribat leges magistratibus de forma reipublicae constituenda; sicut dicit Christus: Regnum meum non est de hoc mundo. Item: Quis constituit me iudicem aut divisorem super vos? Et Paulus ait Phil. 3: Nostra politia in coelis est. 2. Cor. 10: Arma militiae nostrae non sunt carnalia, sed potentia Deo ad destruendas cogitationes etc.

Ad hunc modum discernunt nostri utriusque potestatis officia, et iubent utramque honore afficere et agnoscere, utramque Dei donum et beneficium esse. Si quam habent episcopi potestatem gladii, hanc non habent episcopi mandato evangelii, sed iure humano, donatam a regibus et imperatoribus ad administrationem civilem suorum bonorum. Haec interim alia functio est quam ministerium evangelii.

Diese Güter kann man anders nicht erlangen, als durch das Amt der Predigt und durch die Handreichung der heiligen Sakramente. Denn Sankt Paulus spricht: „Das Evangelium ist eine Kraft Gottes selig zu machen alle, die daran glauben.“ Diweil nun die Gewalt der Kirchen oder Bischöfe ewige Güter gibt und allein durch das Predigtamt geübt und getrieben wird, so hindert sie die Polizei und das weltliche Regiment nicht. Denn das weltliche Regiment gehet mit ganz anderen Sachen um als das Evangelium, weltliche Gewalt schützt nicht die Seele, sondern Leib und Gut gegen äußerliche Gewalt mit dem Schwert und leiblichen Strafen.

Darum soll man die zwei Regimete, das geistliche und das weltliche, nicht ineinander mengen und werfen. Denn die geistliche Gewalt hat ihren Befehl, das Evangelium zu predigen und die Sakramente zu reichen, sie soll auch nicht in ein fremdes Amt fallen, soll nicht Könige einsetzen und absetzen, soll das weltliche Gesetz und den Gehorsam gegenüber der Oberkeit nicht aufheben und zerrütten, soll weltlicher Gewalt nicht Gesetze vorschreiben darüber, wie das öffentliche Leben zu regeln sei, wie denn auch Christus selbst gesagt hat: „Mein Reich ist nicht von dieser Welt.“ Ebenso: „Wer hat mich zu einem Richter zwischen euch gesetzt?“ und Sankt Paulus an die Philipper 3: „Unser Bürgerschaft ist im Himmel“, und in der anderen an die Korinther 10: „Die Waffen unserer Ritterschaft sind nicht fleischlich, sondern mächtig vor Gott, zu zerstören die Anschläge und alles Hohe, das sich erhebt wider die Erkenntnis Gottes.“

Diesergestalt unterscheiden die Unseren beide Regimete und Gewalt-Ämter, und heißen sie beide als die höchsten Gaben Gottes auf Erden in Ehren halten. Wo aber die Bischöfe weltliches Regiment und Schwert haben, so haben sie dieselben nicht als Bischöfe aus göttlichem Recht, sondern aus menschlichen kaiserlichen Rechten, geschenkt von römischen Kaisern und Königen zu weltlicher Verwaltung ihrer Güter, und geht das Amt des Evangeliums gar nichts an.

Cum igitur de iurisdictione episcoporum quaeritur, discerni debet imperium ab ecclesiastica iurisdictione. Proinde secundum evangelium seu, ut loquuntur, de iure divino haec iurisdictione competit episcopis ut episcopis, hoc est his, quibus est commissum ministerium verbi et sacramentorum, remittere peccata, reicere doctrinam et doctrinam ab evangelio dissentientem et impios, quorum nota est impietas, excludere a communione ecclesiae, sine vi humana, sed verbo. Hic necessario et de iure divino debent eis ecclesiae praestare oboedientiam, iuxta illud: qui vos audit, me audit. At cum aliquid contra evangelium docent aut constituunt, tunc habent ecclesiae mandatum Dei, quod prohibet oboedire. Matth. 7: Cavete a pseudopropheta! Gal. 1: Si angelus de coelo aliud evangelium evangelizaverit, anathema sit! 2. Cor. 13: Non possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate. Item: Data est nobis potestas ad aedificationem, non ad destructionem. Sic et canones praecipunt, II, quaest. VII, cap. Sacerdotes et cap. Oves. Et Augustinus contra Petiliani epistolam inquit: Nec catholicis episcopis consentiendum est, sicubi forte falluntur, aut contra canonicas Dei scripturas aliquid sentiunt.

Si quam habent aliam vel potestatem vel iurisdictionem in cognoscendis certis causis, videlicet matrimonii aut decimarum etc., hanc habent humano iure, ubi, cessantibus ordinariis, coguntur principes vel inviti retinendae publicae pacis causa subditis ius dicere.

Praeter haec disputatur, utrum episcopi seu pastores habeant ius instituendi caeremonias in ecclesia et leges de cibis, feriis, gradibus ministrorum seu ordinibus etc. condendi. Hoc ius, qui tribuunt episcopis, allegant testimonium: Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.

Deshalb ist das bischöfliche Amt nach göttlichem Recht, das Evangelium zu predigen, Sünde zu vergeben, Lehre zu urteilen, und die Lehre, die dem Evangelium entgegen steht, zu verwerfen, und die Gottlosen, deren gottloses Wesen offenbar ist, aus der christlichen Gemeinde auszuschließen, ohne menschliche Gewalt, sondern allein durch Gottes Wort. Und diesfalls sind es die Pfarrer und Kirchen schuldig, den Bischöfen gehorsam zu sein, laut dieses Spruchs Christi, Luk. 10: „Wer euch hört, der hört mich.“ Wo sie aber etwas dem Evangelium entgegen lehren, setzen oder aufrichten, haben wir Gottes Befehl in solchem Fall, dass wir nicht sollen gehorsam sein: Matth. 7: „Sehet euch vor vor den falschen Propheten.“ Und Sankt Paulus Gal. 1: „So auch wir oder ein Engel vom Himmel euch ein anderes Evangelium predigen würden, der sei verflucht“, und in 2. Korinth 13: „Wir haben kein Macht wider die Wahrheit, sondern für die Wahrheit“; ebenso: „Nach der Macht, welche mir der Herr zu bessern, und nicht zu verderben, gegeben hat.“ Also gebietet auch das geistliche Recht 2, q. 7, im Kap. „Sacerdotes“ und im Kap. „Oves“. Und Sankt Augustin schreibt in der Epistel wider Petilianum, man soll auch den Bischöfen, die ordentlich gewählt sind, nicht folgen, wo sie irren oder etwas wider die heilige göttliche Schrift lehren oder ordnen.

Daß aber die Bischöfe sonst Gewalt und Gerichtszwang haben in etlichen Sachen, als nämlich Ehesachen oder Zehnten, dieselben haben sie kraft menschlicher Rechte. Wo aber die Ordinarien nachlässig in solchem Amt sind, sind die Fürsten schuldig, sie mögen es auch gern oder ungern tun, hierin ihren Untertanen um Friedens willen Recht zu sprechen, zu Verhütung von Unfrieden und großer Unruhe in den Ländern.

Weiter disputiert man, ob auch Bischöfe Macht haben, Zeremonien in der Kirche aufzurichten, desgleichen Satzungen von Speise, Feiertagen und von unterschiedlichen Orden der Kirchenglieder. Denn jene, die den Bischöfen diese Gewalt geben, führen diesen Spruch Christi an, Johannes 16: „Ich habe euch noch viel zu sagen, ihr aber könnt es jetzt nicht tragen; wenn aber der Geist der Wahrheit kommen wird, der wird euch in alle Wahrheit führen.“

Allegant et exemplum apostolorum, qui prohibuerunt abstinere a sanguine et suffocato. Allegatur sabbatum, mutatum in diem dominicum contra Decalogum, ut videtur. Nec ullum exemplum magis iactatur quam mutatio sabbati. Magnam contendunt ecclesiae potestatem esse, quod dispensaverit de praecepto Decalogi.

Sed de hac quaestione nostri sic docent, quod episcopi non habent potestatem constituendi aliquid contra evangelium, ut supra ostensum est. Et fatentur id canones Distinct. 9. per totum. Porro contra scripturam est traditiones condere, ut per earum observationem satisfaciamus pro peccatis, aut mereamur iustificari. Laeditur enim gloria meriti Christi, cum talibus observationibus iustificari nos sentimus. Constat autem, propter hanc persuasionem in ecclesia traditiones paene in infinitum crevisse, oppressa interim doctrina de fide et iustitia fidei, quia subinde plures feriae factae sunt, ieiunia indicta, caeremoniae novae, ordines novi instituti, quia arbitrabantur se auctores talium rerum his operibus mereri gratiam. Sic olim creverunt canones poenitentiales, quorum adhuc in satisfactionibus vestigia quaedam videmus.

Item auctores traditionum faciunt contra mandatum Dei, cum collocant peccatum in cibis, in diebus et similibus rebus, et onerant ecclesiam servitute legis, quasi oporteat apud Christianos ad promerendam iustificationem cultum esse similem levitico, cuius ordinationem commiserit Deus apostolis et episcopis. Sic enim scribunt quidam, et videntur Pontifices aliqua ex parte exemplo legis mosaicae decepti esse. Hinc sunt illa onera, quod peccatum mortale sit, etiam sine offensione aliorum in feriis laborare manibus, quod certi cibi polluant conscientiam, quod ieiunia non naturae, sed afflictiva, sint opera placantia Deum quod peccatum mortale sit omittere horas canonicas, quod peccatum in casu reservato non possit remitti, nisi accesserit auctoritas reservantis; cum ipsi canones non de reservatione culpae, sed de reservatione poenae ecclesiasticae loquantur.

Dazu führen sie auch das Beispiel Apg 15 an, wo sie Blut und Ersticktes verboten haben. So führt man auch an, daß der Sabbat in den Sonntag verwandelt worden ist gegen die zehn Gebote, wie sie meinen, und es wird kein Beispiel so hoch getrieben wie die Verwandlung des Sabbats, und sie wollen damit erhalten, daß die Gewalt der Kirche groß sei, weil sie von einem der zehn Gebote dispensiert und etwas daran verändert hat.

Aber die Unseren lehren in dieser Frage, daß die Bischöfe nicht Macht haben, etwas gegen das Evangelium zu setzen und aufzurichten, wie denn oben angezeigt ist und die geistlichen Rechte durch die ganze neunte Distinktion lehren. Nun ist dieses offensichtlich gegen Gottes Befehl und Wort, Gesetze zu machen oder zu gebieten in der Meinung, daß man dadurch für die Sünde genugtuend und Gnade erlange. Denn es wird die Ehre des Verdienstes Christi verlästert, wenn wir uns mit solchen Satzungen unterwinden, Gnade zu verdienen. Es ist auch am Tag, daß um dieser Überzeugung willen in der Christenheit unzählige menschliche Traditionen überhand genommen haben, und indes die Lehre vom Glauben und die Gerechtigkeit des Glaubens gar untergedrückt gewesen ist. Man hat täglich neue Feiertage, neue Fasten geboten, neue Zeremonien und neue Ehrerbietung der Heiligen eingesetzt, um mit solchen Werken Gnade und alles Gute bei Gott zu verdienen. Ebenso handeln jene, die menschliche Satzungen aufrichten, gegen Gottes Gebot, daß sie Sünde setzen in der Speise, in Tagen und dergleichen Dingen, und beschweren die Christenheit mit der Knechtschaft des Gesetzes, eben als müßte bei den Christen ein solcher Gottesdienst sein, um Gottes Gnade zu verdienen, der gleich wäre dem levitischen Gottesdienst, welchen Gott sollte den Aposteln und Bischöfen befohlen haben aufzurichten, wie denn etliche davon schreiben. Steht auch wohl zu glauben, daß etliche Bischöfe mit dem Exempel des Gesetzes Moysi betrogen worden sind. Daher so unzählige Satzungen gekommen sind, daß eine Todsünde sein soll, wenn man an Feiertagen auch ohne Ärger der anderen eine Handarbeit tut, daß es eine Todsünde sei, wenn man die Stundengebete versäumt, daß etliche Speise das Gewissen verunreinige,

Unde habent ius episcopi tales traditiones imponendi ecclesiis ad illaqueandas conscientias, cum Petrus vetet imponere iugum discipulis, cum Paulus dicat, potestatem ipsis datam esse ad aedificationem, non ad destructionem. Cur igitur augent peccata per tales traditiones?

Verum exstant clare testimonia, quae prohibent condere traditiones ad placandum Deum ut tamquam necessarias ad salutem. Paulus Coloss. 2: Nemo vos iudicet in cibo, potu, parte diei festi, novilunio aut sabbatis. Item: Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quare tamquam viventes in mundo decreta facitis: Non attingas, non gustes, non contrectes? Quae omnia pereunt usu et sunt mandata et doctrinae hominum, quae habent speciem sapientiae. Ad Titum 1: Non attendentes iudaicis fabulis et mandatis hominum, aversantium veritatem.

Christus Matth. 15 inquit de his, qui exigunt traditiones: Sinite illos; caeci sunt et duces caecorum; et improbat tales cultus: Omnis plantatio, quam non plantavit pater meus coelestis, eradicabitur.

Si ius habent episcopi, talibus traditionibus onerandi conscientias, cur toties prohibet scriptura condere traditiones? Cur vocat eas doctrinas daemoniorum? Num frustra haec praemonuit spiritus sanctus?

daß Fasten ein solch Werk sei, damit man Gott versöhne, daß die Sünde in einem vorbehaltenen Fall nicht vergeben werde, man ersuche dann zuvor den Vorbehalter des Falls, unangesehen, daß die geistlichen Rechte nicht von Vorbehaltung der Schuld, sondern von Vorbehaltung der Kirchenstrafen reden.

Woher haben denn die Bischöfe Recht und Macht solch Satzungen der Christenheit aufzulegen, die Gewissen zu verstricken? Dann Sankt Peter verbietet in Apgl 15, das Joch auf der Jünger Hälse zu legen. Und Sankt Paul sagt den Korinthern, daß ihnen die Gewalt, zu bessern, und nicht zu verderben, gegeben sei. Warum mehren sie dann die Sunde mit solchen Satzungen?

Doch hat man klare Sprüche der göttlichen Schrift, die da verbieten, solche Satzungen aufzurichten, um damit die Gnade Gottes zu verdienen, oder als sollten sie zur Seligkeit vonnöten sein. So sagt Sankt Paulus Kol. 2: „So laßt euch nun niemand ein Gewissen machen über Speise oder über Trank oder über bestimmte Tage, nämlich den Feiertagen, oder Neumonden oder Sabbeten, welches ist der Schatten von dem, der zukünftig wäre, leibhaftig aber in Christus“; ebenso: „So ihr denn nun gestorben seid mit Christus von den weltlichen Satzungen, was laßt ihr euch dann fangen mit Satzungen, als wäret ihr lebendig? Die da sagen: Du sollst das nicht anrühren, du sollst das nicht essen noch trinken, du sollst das nicht anlegen, welches sich doch alles unter den Händen verzehrt, und sind Menschengebot und -lehren und haben einen Schein der Weisheit.“ Ebenso verbietet Sankt Paulus Tit 1. öffentlich, man solle nicht auf jüdische Fabeln und Menschengebote achten, welche die Wahrheit abwenden.

So redet auch Christus selbst in Matth. 15 von denen, die die Leute auf Menschengebote treiben: „Laßt sie fahren, sie sind blinde Blindenleiter“, und verwirft solchen Gottesdienst und sagt: „Alle Pflanzen, die mein himmlischer Vater nicht gepflanzt hat, die werden ausgerottet.“

So nun die Bischöfe Macht haben, die Kirche mit unzähligen Satzungen zu beschweren und die Gewissen zu verstricken, warum verbietet dann die göttliche Schrift so oft, menschliche Satzungen zu machen und zu hören?

Relinquitur igitur, cum ordinationes, institutae tamquam necessariae aut cum opinione promerendae iustificationis, pugnent cum evangelio, quod non liceat episcopis tales cultus instituere aut tamquam necessarios exigere. Necesse est enim in ecclesiis retineri doctrinam de libertate christiana, quod non sit necessaria servitus legis ad iustificationem, sicut in Galatis scriptum est: Nolite iterum iugo servitutis subiici. Necesse est retineri praecipuum evangelii locum, quod gratiam per fidem in Christum gratis consequamur, non per certas observationes aut propter cultus ab hominibus institutos.

Quid igitur sentiendum est de die dominico et similibus ritibus templorum? Ad haec respondent, quod liceat episcopis seu pastoribus facere ordinationes, ut res ordine in ecclesia gerantur, non ut per eas satisfaciamus pro peccatis aut obligentur conscientiae, ut iudicent esse necessarios cultus. Sic Paulus ordinat, ut in congregatione mulieres velent capita, ut ordine audiantur interpretes in ecclesia.

Warum nennet sie diese Teufelslehren? Sollte denn der heilige Geist solches alles vergeblich verwarnt haben?

Deshalb, weil solche Ordnungen aufgerichtet werden als notwendig, um damit Gott zu versöhnen und Gnade zu verdienen, dem Evangelium entgegen sind, so ziemt sich den Bischöfen keineswegs, solchen Gottesdienst zu erzwingen. Denn man muß in der Christenheit die Lehre von der christlichen Freiheit behalten, nämlich, daß die Knechtschaft des Gesetzes nicht nötig ist zur Rechtfertigung, wie denn Sankt Paulus Gal 5 schreibt: „So bestehet nun in der Freiheit, mit der uns Christus befreit hat, und laßt euch nicht wiederum in das knechtische Joch einfangen.“ Denn es muß je der vornehmste Artikel des Evangeliums erhalten werden, daß wir die Gnade Gottes durch den Glauben an Christus ohne unser Verdienst erlangen, und nicht durch Gottesdienst, der von Menschen eingesetzt ist, verdienen.

Was soll man denn halten vom Sonntag und dergleichen andern Kirchenordnungen und Zeremonien? Dazu geben die Unseren die Antwort, daß die Bischöfe oder Pfarrherren Ordnungen machen mögen, damit es in der Kirche ordentlich zugehe, nicht, um damit Gottes Gnade zu erlangen, auch nicht, um damit für die Sünde genugzutun oder die Gewissen damit zu binden, solches für einen notwendigen Gottesdienst zu halten und zu meinen, daß sie Sünde täten, wenn sie dieselben ohne Ärgernis brechen. Also hat Sankt Paulus den Korinthern verordnet, daß die Weiber in der Versammlung ihre Häupter sollen bedecken; ebenso, daß die Prediger in der Versammlung nicht zugleich alle reden, sondern ordentlich, einer nach dem anderen.

Talibus traditionibus convenit ecclesias propter caritatem et tranquillitatem easque servare eatenus, ne alii offendant alios, sed, ut ordine et sine tumultu fiant omnia in ecclesiis, verum ita, ne onerentur conscientiae, ut ducant esse necessarias ad salutem, ac judicent se peccare, cum sine scandalo violant; sicut nemo dixerit peccare mulierem, quae in publicum non velato capite sine scandalo procedit.

Talis est observatio diei dominici, paschatis, pentecostes et similium feriarum et rituum. Nam qui iudicant ecclesiae auctoritate pro sabbato insitutam esse diei dominici observationem tamquam necessariam, non recte sentiunt. Scriptura abrogavit sabbatum, non ecclesia. Nam post revelatum evangelium omnes caeremoniae Mosaicae omitti possunt. Et tamen quia opus erat constituere certum diem, ut sciret populus, quando convenire deberet, apparet ecclesiam ei rei destinasse diem dominicum, qui ob hanc quoque causam videtur magis placuisse, ut haberent homines exemplum Christianae libertatis, et scirent nec sabbati nec alterius diei necessariam observationem esse.

Exstant prodigiosae disputationes de mutatione legis, de caeremoniis novae legis, de mutatione sabbati, quae omnes ortae sunt ex falsa persuasione, quod oporteat in ecclesia cultum esse similem levitico, et quod Christus commiserit apostolis et episcopis excogitare novas caeremonias, quae sint ad salutem necessariae. Hi errores serpsere in ecclesiam, cum iustitia fidei non satis clare doceretur. Aliqui disputant diei dominici observationem non quidem iuris divini esse, sed quasi iuris divini; praescribunt de feriis, quatenus liceat operari.

Solche Ordnung gebührt der christlichen Versammlung um der Liebe und des Friedens willen zu halten, und den Bischöfen und Pfarrherren in diesen Fällen gehorsam zu sein, und dieselben sofern zu halten, daß einer den anderen nicht ärgere, damit in der Kirche keine Unordnung oder wüstes Wesen sei; doch so, daß die Gewissen nicht beschwert werden, daß man sie für solche Dinge halte, die zur Seligkeit not sein sollten, und zu meinen, daß sie Sünde täten, wenn sie dieselben ohne Ärgernis der anderen brechen; wie denn niemand sagt, daß das Weib Sünde tue, das mit bloßem Haupt ohne Ärgernis der Leute ausgeht.

Also ist die Ordnung vom Sonntag, von der Osterfeier, von den Pfingsten und dergleichen Feiern und Weisen. Denn jene, die meinen, daß die Ordnung vom Sonntag für den Sabbat als notwendig aufgerichtet sei, die irren sehr. Denn die heilige Schrift hat den Sabbat abgetan und lehrt, daß alle Ceremonien des alten Gesetzes nach Eröffnung des Evangeliums nachgelassen werden mögen. Und dennoch, weil es vonnöten gewesen ist, einen gewissen Tag zu verordnen, damit das Volk wüßte, wann es zusammen kommen sollte, hat die christliche Kirche den Sonntag dazu verordnet und zu dieser Veränderung desto mehr Gefallen und Willen gehabt, damit die Leute ein Beispiel der christlichen Freiheit hätten, daß man wüßte, daß weder das Halten des Sabbats noch eines anderen Tages vonnöten sei.

Es gibt viele unrichtige Disputation von der Verwandlung des Gesetzes, von den Zeremonien des Neuen Testaments, von der Veränderung des Sabbats, welche alle entsprungen sind aus falscher und irriger Meinung, als müßte man in der Christenheit einen solchen Gottesdienst haben, der dem levitischen oder jüdischen gemäß wäre, und als sollte Christus den Aposteln und Bischöfen befohlen haben neue Zeremonien zu erdenken, die zur Seligkeit nötig wären. Dieselben Irrtümer haben sich in die Christenheit eingeflochten, da man die Gerechtigkeit des Glaubens nicht lauter und rein gelehret und gepredigt hat. Etliche disputieren also vom Sonntage, daß man ihn halten müsse, wiewohl nicht aus göttlichen Rechten, dennoch schier als ob aus göttlichen Rechten; sie stellen Form und Maß, wiefern man am Feiertag arbeiten möge.

Huiusmodi disputationes quid sunt aliud quam laquei conscientiarum? Quamquam enim conentur epiikeizare traditiones, tamen nunquam potest aequitas deprehendi, donec manet opinio necessitatis, quam manere necesse, est, ubi ignorantur iustitia fidei et libertas christiana.

Apostoli iusserunt abstinere a sanguine. Quis nunc observat? Neque tamen peccant, qui non observant, quia ne ipsi quidem apostoli voluerunt onerare conscientias tali servitute, sed ad tempus prohibuerunt propter scandalum. Est enim perpetua voluntas evangelii in decreto consideranda.

Vix ulli canones servantur accurate et multi cotidie exolescunt apud illos etiam, qui defendunt traditiones. Nec potest conscientias consuli, nisi haec aequitas servetur, ut sciamus eas sine opinione necessitatis servari nec laedi conscientias, etiamsi quid mutet usus hominum in re tali.

Facile autem possent episcopi legitimam oboedientiam retinere, si non urgerent servare traditiones, quae bona conscientia servari non possunt. Nunc imperant caelibatum, nullos recipiunt, nisi iurent se puram evangelii doctrinam nolle docere. Non petunt ecclesiae, ut episcopi honoris sui iactura sarciant concordiam; quod tamen decebat bonos pastores facere. Tantum petunt, ut iniusta onera remittant, quae nova sunt et praeter consuetudinem ecclesiae catholicae recepta. Fortassis initio habuerunt illae constiutiones causas probabiles, quae tamen posterioribus temporibus non congruunt.

Was sind aber solche Disputationes anders denn Fallstricke des Gewissens? Dann wiewohl sie sich unterstehen, menschliche Satzungen zu lindern und Nachsicht walten zu lassen, so kann man doch keine Nachsicht oder Linderung finden, solange die Ansicht stehenbleibt, daß sie vonnöten sein sollten. Nun muß dieselbe Ansicht bleiben, wenn man nichts weiß von der Gerechtigkeit des Glaubens und von der christlichen Freiheit.

Die Apostel haben geheißen, man solle sich des Blutes und des Erstickten enthalten. Wer hält es aber jetzt? Dennoch tun die keine Sünde, die es nicht halten, denn die Apostel haben auch selbst die Gewissen nicht beschweren wollen mit solcher Knechtschaft, sondern haben es um des Ärgernis willen eine zeitlang verboten. Denn man muß achthaben in dieser Satzung auf das Hauptstück christlicher Lehre, das durch dieses Dekret nicht aufgehoben wird.

Man hält schier kein alte Canones so, wie sie lauten; es fallen auch derselben Satzungen täglich viele weg, auch bei denen, die solche Satzungen allerfleißigst halten. Da kann man den Gewissen nicht raten noch helfen, wenn diese Linderung, daß wir wissen, solche Satzungen so zu halten, daß man nicht meine, daß sie nötig seien, nicht vorgenommen wird, und daß es auch den Gewissen unschädlich sei, obgleich solche Satzungen fallen.

Es würden aber die Bischöfe leicht den Gehorsam erhalten, wo sie nicht darauf drängten, diejenigen Satzungen zu halten, die doch ohne Sünde nicht gehalten werden mögen. Jetzt aber tun sie ein Ding und verbieten beide Gestalten des heiligen Sakraments, auch den Geistlichen den Ehestand, nehmen niemanden auf, er tue denn zuvor einen Eid, er wolle diese Lehre, die doch ohne Zweifel dem heiligen Evangelium gemäß ist, nicht predigen. Unsere Kirchen begehren nicht, daß die Bischöfe zum Nachteil ihrer Ehre und Würden wiederum Frieden und Einigkeit machen, wiewohl solches den Bischöfen in der Not auch zu tun gebührt; allein bitten sie darum, daß die Bischöfe etliche unbillige Beschwerden nachlassen, die doch vorzeiten auch in der Kirche nicht gewesen sind und wider den Gebrauch der christlichen allgemeinen Kirche angenommen sind; für welche vielleicht zu Beginn ein Grund bestand, aber sie reimen sich nicht zu unseren Zeiten.

Apparet etiam quasdam errore receptas esse. Quare clementiae episcoporum esset illas nunc mitigare, quia talis mutatio non labefacit ecclesiae unitatem. Multae enim traditiones humanae tempore mutatae sunt, ut ostendunt ipsi canones. Quodsi non potest impetrari, ut relaxentur observationes, quae sine peccato non possunt praestari, oportet nos regulam apostolicam sequi, quae praecipit, Deo magis oboedire quam hominibus.

Petrus vetat episcopos dominari et ecclesiis cogere. Non id nunc agitur, ut de dominatione sua cedant episcopi, sed hoc unum petitur, ut patiantur evangelium doceri pure, et relaxent paucas quasdam observationes, quae sine peccato servari non possunt. Quodsi nihil facient, ipsi viderint, quomodo Deo rationem reddituri sint, quod hac pertinacia causam schismati praebent.

Epilogus.

Recensuimus praecipuos articulos, qui videntur habere controversiam. Quamquam enim de pluribus abusibus dici poterat, tamen fugiendae prolixitatis causa praecipua complexi sumus. Magnae querelae fuerunt de indulgentiis, de peregrinationibus, de abusu excommunicationis; parochiae multipliciter vexabantur per stationarios; infinitae contentiones fuerunt pastoribus cum monachis de iure parochiali, de confessionibus, de sepulturis et aliis innumerabilibus rebus. Huiusmodi negotia praetermisimus, ut illa, quae sunt in hac causa praecipua, breviter proposita facilius cognosci possent.

So ist's auch unleugbar, daß etliche Satzungen aus Unverstand angenommen sind. Darum sollten die Bischöfe der Gütigkeit haben, dieselben Satzungen zu mildern, zumal eine solche Änderung nichts schadet, die Einigkeit christlicher Kirchen zu erhalten. Denn viele menschliche Satzungen sind mit der Zeit selbst gefallen und nicht nötig zu halten, wie die päpstlichen Rechte selbst bezeugen. Kann es aber je nicht sein, es auch bei ihnen nicht zu erhalten, daß man solche menschlichen Satzungen mäßige und abtue, welche man ohne Sünde nicht halten kann, so müssen wir der Apostel Regel folgen, die uns gebietet, wir sollen Gott mehr gehorsam sein als den Menschen.

Sankt Peter verbietet den Bischöfen die Herrschaft, als hätten sie Gewalt, die Kirchen zu zwingen, wozu sie wollten. Jetzt geht man nicht damit um, wie man den Bischöfen ihre Gewalt nehme, sondern man bittet und begehrt, sie wollten die Gewissen nicht zu Sünden zwingen. Wenn sie aber solches nicht tun werden und diese Bitte verachten, so mögen sie gedenken, wie sie deshalb Gott werden Antwort geben müssen, dieweil sie mit solcher ihrer Härtigkeit Ursache geben zu Spaltung und Schisma, das sie doch billig sollen verhüten helfen.

Beschluß

Dies sind die vornehmsten Artikel, die für streitig geachtet werden. Denn wiewohl man viel mehr Mißbräuche und Unrichtigkeit hätte anführen können, so haben wir doch, um die Weitläufigkeit und Länge zu vermeiden, allein die vornehmsten vermeldet, daraus die anderen leicht zu ermessen sind. Denn man hat vorzeiten sehr geklagt über den Ablaß, über Wallfahrten, über Mißbrauch des Banns. Es hatten auch die Pfarrer unendliche Gezänke mit den Mönchen von wegen des Beichthörens, des Begräbnisses, der Beipredigten und unzähliger anderer Stücke mehr. Solches alles haben wir im Besten und um Glimpfes willen übergangen, damit man die vornehmsten Stücke in dieser Sache desto leichter vermerken möchte.

Neque hic quidquam ad ullius contumeliam dictum aut collectum est. Tantum ea recitata sunt, quae videbantur necessario dicenda esse, ut intelligi posset, in doctrina ac caeremoniis apud nos nihil esse receptum contra scripturam aut ecclesiam catholicam, quia manifestum est, nos diligentissime cavisse, ne quae nova et impia dogmata in ecclesias nostras serperent.

Hos articulos suprascriptos voluimus exhibere iuxta edictum Caesariae Maiestatis, in quibus confessio nostra exstaret et eorum, qui apud nos docent, doctrinae summa cerneretur. Si quid in hac confessione desiderabitur, parati sumus latiore informationem, Deo volente, iuxta scripturas exhibere.

Caesariae maiestatis vestrae fideles et subditi:

Iohannes, Dux Saxoniae, Elector.
 Georgius, Marchio Brandenburgensis.
 Ernestus, Dux Lunenburgensis.
 Philips, L. z. Hessen sst.
 Ioannes Fridericus, Dux Saxoniae.
 Franciscus, Dux Lunenburgensis.
 Volfgangus, Princeps de Anhalt.
 Senatus Magistratusque Nurnbergensis.
 Senatus Reutlingensis.

Es soll auch nicht so angesehen werden, daß es zum Haß oder zu jemandes Verunglimpfung geredet oder angeführt sei, sondern wir haben allein die Stücke erzählt, die wir für nötig gehalten haben anzuführen und zu vermelden, damit man daraus desto leichter zu vernehmen habe, daß bei uns nichts, weder mit Lehre noch mit Zeremonien, angenommen ist, das entweder der heiligen Schrift oder der allgemeinen christlichen Kirche entgegen wäre. Denn es ist je am Tage und offensichtlich, daß wir mit allem Fleiß, mit Gottes Hilf (ohne Ruhm zu reden) verhütet haben, daß keine neue und gottlose Lehre sich in unseren Kirchen einflöchte, einreihe und überhand nähme. Die oben angeführten Artikel haben wir dem Ausschreiben nach übergeben wollen zu einer Anzeige unseres Bekenntnisses und der Unseren Lehre. Und ob jemand befinden würde, daran Mangel zu haben, dem ist man ferneren Bericht mit Grund göttlicher heiliger Schrift zu tun erbietig.

Eurer Kaiserlichen Majestät untertänigste und gehorsame

*Johanns, Herzog zu Sachsen, Kurfürst
 Georg, Markgraf zu Brandenburg
 Ernst, Herzog zu Lüneburg
 Philipp, Landgraf zu Hessen
 Hanns Friedrich, Herzog zu Sachsen
 Franz, Herzog zu Lüneburg
 Wolf, Fürst zu Anhalt
 Bürgermeister und Räte zu Nürnberg
 Bürgermeister und Räte zu Reutlingen*